





THEOPHILI GOLII

GRAMMATICA GRÆCA,

SIVE

EDUCATIO PUERILIS LINGUÆ GRÆCÆ.

Pro Gymnasio ARGENTINENSI primùm conscripta, ab Authore aucta & recognita,

Dein sæpius recusa, tandemque hac novissima editione, prioribus correctiore, distinctiore & auctiore ex recensione aliorum edita, ut præfatio jam addita docet.



AMSTÆLODAMI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS,
CIↃ IↃ CC XXXII.

TYPOGRAPHUS
LECTORI.



Ti olim probrosum erat, Athenas non vidisse, aut visis, delectatum non fuisse, & Lysippus Comicus talibus inde modis ora indignantia solvit,

Ἐι μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, ςέλεχος εἶ.
Ἐι δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι, δ' ὄνος.
Ἐι δ' ἐυαρεςῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιον.

Tu truncus es, si non Athenas videris:
Si visæ Athenæ non inescant, asinus es:
Si non grave has relinquere, es cantherius.

Sic meritò nobis dicendum esset, si omnes noveris linguas, & Græcam ignorares, omnium artium liberalium rudis, Musarumque expers esses.

Quoniam ut in Sibyllæ foliis extat.

Ἐξ Ἰάδος γαίης ἕξει σοΦὸν Ἰταλίησιν.

Ex Ionum terra sapiet quondam Itala tellus.

Græcia enim, seu Pandionia tellus, olim erat *Musarum domus*, & doctæ Athenæ *Græciæ ocellus*, ubi Pallas præsidebat, ubi communis omnium hominum schola, totiusque sapientiæ commune emporium erat; unde *humanitas*, *doctrina*, *religio*, *fruges*, *jura*, *leges ortæ*

atque in omnes terras distributa putentur, ut Cicero pro Flacco loquitur, cujus verba etiam erant, *nos ea quæ consecuti sumus, his studiis & artibus esse adeptos, quæ sunt nobis Græciæ monumentis disciplinisque tradita.* Hinc Romani legatos miserunt in Græciam, ut bonas ibi leges notarent, secumque Romam transferrent, inde quoque Jus XII. Tabb. apud Romanos extitit, fons omnis publici privatique juris, & absolutum veluti corpus juris Romani, quod Cicero omnium philosophorum bibliothecis anteponit. Ut ergo Athenæ eloquentiâ inclytæ erant, & *in urbe Athenarum nata & alta erat eloquentia*; ut idem Tullius fatur, imo sicuti ex hoc παιδευτηρίῳ πάντων ἀνθρώπων non tantum gloriosissimi Romani suas bene vivendi ac imperandi regulas, leges ac instituta, omnemque fere suam hausere scientiam; sed & omnia mysteria sapientiæ, eloquentiæ, cunctæque omnium generum doctrinæ ad omnes orbis terras emanarunt: sic ex cognitione linguæ Græcæ omnis fere petitur scientia.

Hinc quamplurimi viri doctissimi demonstrarunt linguam Græcam non tantum utilem, sed cognitionem ejus quam maximè omnibus sapientiæ cultoribus necessarium esse; sicuti & nuper doctissimus Outhovius, Campensium Pastor ac Rector meritissimus, in Oratione sua auspicali, *de necessitate studii linguarum, præsertim Hebrææ, Græcæ & Latinæ, earum que scientiarum, huc pertinentium*, multis verbis ac rationibus ostendit, linguæ Græcæ scientiam ac studium necessarium esse Theologis, ad pandenda oracula divina; Jurisconsultis, ad rectè intelligenda jura, ex Græcia petita, partimque etiam Græcis literis conscripta; Medicis, quorum tota scientia à Græcis maxime sit exculta auctoribus, & à

Græcis

Græcis desumta; sic etiam philosophis, imo omnium bonarum artium amantibus ac cultoribus.

Licet Cajo Mario, tertio urbis Romæ conditori ac Jugurthæ, Cimbrorumque debellatori, magis placeret hostes ferire, præsidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famam, hiemem & æstatem juxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare; & sic trophæa erigere, victorum præmia auferre, quam Græcas literas discere, Græcâ facundiâ, aut urbanis munditiis, quas parvi faciebat, sese exercere, sicuti Sallustius de eo refert; imo licet Pomponius Lætus, Romanæ linguæ ac vetustatis magnus amator, linguam Græcam propterea attingere non ausus fuerit, ne quâ peregrinitate Latinam contaminaret; tamen illi viri, qui ipso Pomponii ævo ex clade Constantinopolitana Græcas literas, Grajamque scientiam Italiam intulere, aliter judicabant, nullamque maculam ex conjunctione linguæ Latinæ cum Græca timuerunt; sed auctores fuerunt, ut Grajorum scientia per Europam sit disseminata. Optandum modo esset, ut omnes, qui animum studiis & rebus honestis intendunt, veram utilitatem optimumque fructum hujus Atticæ linguæ probè perciperent, ejusque pravæ ac perversæ opinionis fascino non ita dementati essent, ut cum illis linguæ Græcæ osoribus, qui nullam hujus linguæ intelligentiam habent, non dicerent, *Græca sunt, legi non possunt.* Utinam Atticæ Musæ cum Homero ac Hesiodo non exularent nostris scholis.

Quod ut non fieret, desudarunt idcirco ac adlaborarunt non tantum ex venerandis priscæ Orientis gloriæ ruderibus illi illustrissimi ac doctissimi literarum Heroës in tradendis, docendis ac instituendis Græcarum literarum scientiis, imo præscribendis hujus linguæ regulis;

ſed & quam plurimi doctiſſimi Grammatici inſequentibus temporibus omnem navarunt operam in concinnandis optumis regulis, quæ ad docendam diſcendamque hanc linguam Græcam pertinent. Notum enim eſt, quid, poſt Theodorum Gazam, Manuëlem Chryſolorum, Conſtantium Laſcarem, Demetrium Chalcocondilam, Didymum Alexandrinum, Doſitheum Magiſtrum, qui de tota re Grammatica tres libros compoſuit, alioſque, quorum catalogum J. Albertus Fabritius in Bibliotheca Græca recenſet, ac in Aldinis Grammaticorum collectionibus vider[illegible]ſſumus, recentiores viri grammatices ſcientiſſi[illegible], puta Angelus Caninius, Nicolaus Clenardus, cujus grammaticam Græcam obſervationibus auxit Steph. Moquotus ac edidit Franciſcus Creuxius Lemovicis 1665, Martinus Cruſius, Conr. Daſypodius, Nic. Friſchlinus, Phil. Melanchthon, Lucas Loſſius, Jac. Gretſerus, Otto Gualtperius, Petrus Ramus, Joh. Rhenius, Franc. Sanctius, Franciſcus Vergara, Georg. Henr. Urſinus, Fred. Sylburgius, Joh. Caſp. Suicerus, Olphardus Belida, Ger. Joh. Voſſius, Joh. Paſor, aliique fecerunt, ut digna Grajorum lingua à philomuſis apprimè addiſci poſſet, omnes in eo laborarunt, ut methodum facilem aſſequendæ ac tradendæ Grammaticæ Græcæ in uſum ſtudioſorum præſcriberent.

Attamen cum hanc doctrinam puerilem in multis adhuc mutilam ac non perfectam reliquerint, & mult linguæ Græcæ cupidi, ſeu decumanis grammaticis, ſei grammaticorum difficultatibus ac obſcuris quibuſdam regulis revocantur ac deterrentur, malentes potius ne ceſſariâ illâ linguâ carere, quam iſtas difficultates im probis perrumpere laboribus, idcirco alii viri docti, n

ado

lescentes nimiis obstaculis remorerentur, breviorem faciliorem viam excogitarunt. Sic Doctissimus Jaous Wellerus in usum discentium linguam Græcam ammaticam perpolivit, in qua faciliorem methodum oposuit, cum pro decem declinationibus, quot vulomnes Grammatici statuere, tantummodo tres, & o tredecim conjugationibus, sex nempe Barytonis, bus circumflexis, & quatuor in μι, unam tantum cessariam statuit, cujus methodi ipse rationes dat in a præfatione ad Lectorem. His rationibus insistens ctissimus Johannes Verwey Gymnasiarcha Gaudanus eritissimus *Novam viam docendi* ... a ante paucos nos publicam fecit, in qua tribus declinationibus & abus conjugationibus omnem flexionem comprehent; in eo igitur tantummodo à Wellero discedens, od verba in μι ad secundam conjugationem refert, ias Wellerianam methodum omnibus aliis longe prært. Et sic laudatus G. Outhovius ad hanc instituendi tionem nuper etiam, anno nempe 1729. *linguæ Græ-æ Rudimenta*, methodo Welleriana composita, ediit, una cum *significatione verborum Mediorum*, de ua in omnibus Grammaticis ac Rudimentis, adhuc ltum fuit silentium: quare optandum esset, ut aliquis x cohorte virorum doctorum Græcam linguam docenium, in usum Scholarum Grammaticam ederet, in qua hæc res fusius tractaretur, ac doceretur.

Interim cum Grammatica Græca doctissimi Theophili Golii, Professoris Ethices Argentorati, nati anno 1528, ac denati anno 1600, sæpius edita, ut anno 1609 pro Schola Argent. anno 1692. Amstel. denuo anno 1714, multis laudatissimis studiorum Rectoribus arriserit, eo inprimis nomine, quod doctrina illius per

 quæ-

quæstiones & responsa proposita, viva quædam vid
retur κατήχησις, & non muta præceptio, ut ladat
Verwey quoque observat, qui & ipse puer eam didici
& Scholarum clavo admotus docuit, & quia illa ip
Golii Grammatica adhuc in variis Gymnasiis ac Schol
docetur, denuo illam, jam divenditam, prælo nostr
subjecimus, ac in usum Scholarum ac studiosorum ed
mus, una cum Hadriani Amerotii opusculo de decl
nationibus & conjugationibus Græcis secundum præc
pua idiomata ex variis grammaticis collecto. Insuper ac
junximus quoque Epitomen Prosodiæ Græcæ M Joseph
Langii, Mathematici, ac Professoris ling. Græcæ Fr
burgi in Brisgovia, qui natus Cæsarismonti anno 161
floruit, & varia scripta in publicum emisit, ut Tyrocy
nium Græcarum literarum, Adagia, Florilegium, Ele
mentale mathematicum, notasque in Juvenalem & Per
sium, & cujus Prosodia etiam apparet in edition
anno 1714. Tandem adjecimus huic nostræ edition
M. Michaëlis Boschii *Appendicem* de dictionibus encli
ticis & synencliticis Græcorum: non dubitantes quin
ni nostri labores omnibus Græcæ linguæ amantibus grat
fuerint. Vale.



EDU-

EDUCATIO PUERILIS LINGUÆ GRÆCÆ.

DE ORTHOGRAPHIA.

Quot ſunt literæ apud Græcos?

Viginti quatuor.

Quæ?

Figura.	*Nomen.*		*Poteſtas.*
Α α	Alpha	ἄλφα	a
Β ϐ β	Vita vel Bita	βῆτα	b
Γ γ Γ	Gamma	γάμμα	g
Δ δ	Delta	δέλτα	d
Ε ε	Epſilon	ἐψιλὸν	e tenue
Ζ ζ	Zita	ζῆτα	z
Η η	Ita	ἦτα	i ſeu e longum
Θ θ ϑ	Thita	θῆτα	th
Ι ι	Iota	ἰῶτα	i
Κ κ	Kappa	κάππα	c & k
Λ λ	Lambda	λάμβδα	l
Μ μ	My	μῦ	m
Ν ν	Ny	νῦ	n
Ξ ξ	Xi	ξῖ	x
Ο ο	Omicron	ὀμικρὸν	o parvum
Π π ϖ	Pi	πῖ	p
Ρ ϱ ρ	Rho	ῥῶ	r
Σ σ ς	Sigma	σίγμα	s
Τ τ ⁊	Tau	ταῦ	t
Υ υ	Ypſilon	ὐψιλὸν	y

Figura.	*Nomen.*		*Poteſtas.*
Φ φ	Phi	φῖ	ph
Χ χ	Chi	χῖ	ch
Ψ ψ	Pſi	ψῖ	pſ
Ω ω	Omega	ὤμέγα	o magnum.

LITERARUM DIVISIO.

Quomodo dividuntur illæ literæ?

In Vocales & Conſonantes.

Quot ſunt Vocales?

Septem, α, ε, η, ι, ο, υ, ω.

Quæ ſunt Conſonantes?

Reliquæ omnes.

VOCALES.

Quæ ſunt Vocalium diviſiones?

Tres.

Quæ eſt prima diviſio?

Vocales aliæ ſunt longæ: ut η, ω: aliæ breves: ut ε, ο: aliæ ancipitis: ut α, ι, υ.

Cur dicuntur ancipites?

Non ideo: quòd ad cujusvis arbitrium, ut quidam exiſtimant, in unâ eadémque dictione & corripi & produci queant: ſed eo modo δίχρονα, id eſt, bitemporeæ ſunt, quo omnes vocales apud Latinos: ita quòd in hac dictione omnino producantur, in illâ corripiantur; in quibusdam etiam modo productæ, modò correptæ inveniantur, ubi rectè & propriè ancipites dicuntur.

Quæ eſt altera diviſio?

Vocales aliæ ſunt mutabiles: ut α, ε, ο: aliæ immutabiles: η, ι, υ, ω.

Quo

Quomodo mutantur vocales?

α & ε mutantur in η: ο mutatur in ω.

Quæ est tertia divisio vocalium?

Vocales aliæ sunt præpositivæ: propterea quod in diphthongis præponantur: ut α, ε, η, ο, ω: aliæ subjunctivæ, quòd subsequantur: ut ι & υ.

DIPHTHONGI.

Quid fit ex vocalium conjunctione?

Diphthongus.

Quot sunt diphthongi?

Duodecim.

Quomodo dividuntur?

In proprias, & improprias.

Quot sunt propriæ?

Sex: αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.

Quot sunt impropriæ?

Totidem: ᾳ, ῃ, ῳ, υι, ηυ, ωυ.

NOTA. Diphthongi aliquando disjunguntur, quoties duobus in apice punctis notantur, ut παϊς, ἄϋπνος: ἡ ὄϊς: τὸ ὄϊς.

Quæ est altera divisio Diphthongorum propriarum?

Diphthongi propriæ, aliæ sunt mutabiles, aliæ immutabiles.

Quæ sunt mutabiles?

αι, αυ, οι.

Quomodo mutantur?

αι mutantur in η.
αυ mutantur in ηυ.
οι mutantur in ῳ.

Quæ sunt immutabiles?

ει, ευ, ου.

CONSONANTES.

Quomodo dividuntur Consonantes?

In Mutas & Semivocales.

Quot sunt Mutæ?

Novem: π κ τ, β γ δ, φ χ θ.

Quomodo dividuntur Mutæ?

In tenues, medias, & adspiratas.

Da tenues. π κ τ.
Da medias. β γ δ.
Da adspiratas. φ χ θ.

Ἀντιστοιχείωσις. { π κ τ Tenues. / β γ δ Mediæ. / φ χ θ Adspiratæ. }

NOTA. Ordo harum diligenter est observandus, quia earum multus usus est in dignoscendis characteristicis conjugationum, temporumque formationibus, cum in iis aliæ in alias mutantur. Nam aliquando tenues mutantur in medias vel adspiratas, & è contrario.

Quomodo dividuntur Semivocales?

In Liquidas & Duplices.

Quot sunt Liquidæ?

Quatuor: λ μ ν ρ.

Quot sunt Diplices?

Tres: ζ ξ ψ.

Nam { ζ / ξ / ψ } valet { δς, Æol. σδ: ut, φράσδω.
κσ: ut γυναικς: γσ, ut ἅρπαγς: χς, ut θρίχς.
πς, ut ὤπς: βς, ut φλέβς: φς, ut κατῆλιφς. }

Restat quod vocatur γράμμα μοναδικὸν, id, litera singularis, hoc est nec liquida nec duplex.

DE

DE PROSODIA.

Quid docet Prosodia?

Rationem accentuum, & syllabarum quantitatem.

Quot sunt consideranda in accentuum ratione?

Tria: Accentus sive Tonus, Spiritus, & Passiones.

Accentus.

Quot sunt Accentus apud Græcos?

Tres: Acutus, ut Θεός, πατήρ, λόγος, τύπτομαι: Gravis, ut τιμὴ, τὼ, τὰς: Circumflexus, ut τιμῶ, μοῦσαι, σῶμα.

Quot loca occupat Acutus?

Tria: ultimum, ut Θεός: & tunc vocabulum est ξύτονον. Penultimum, ut λόγος: & vocabulum est ροξύτονον. Antepenultimum, ut φιλόστοργος: & est προπαροξύτονον.

Quot loca occupat Gravis?

Unum tantùm, videlicet ultimum: ut τιμὴ, & ocabulum dicitur βαρύτονον.

Quot Circumflexus?

Duo: ultimum, ut τιμῶ, & vocabulum appellatur ερισπώμενον: penultimum, ut βοᾶτε, & fit προπερισπώμενον.

NOTA. Omnis dictio uno tantum notatur accentu, cæteræ verò syllabæ, quæ non scriptum habent accentum, intelliguntur habere gravem, ide Accentus Syllabicus vocatur.

Excipe dictiones Encliticas.

Unde autem cognoscitur qui accentus in hac, vel illâ di-ctionis syllaba sit notandus?

Ex regulis cùm generalibus tùm specialibus.

Da Regulas Generales.

I. *Dictio monosyllaba naturâ longa circumflectitur: brevis*

brevis verò, aut positione longa acuitur: ut φῶς, νοῦς, ὅς, ἅλς.

II. *Dissyllaba priorem naturâ longam, sequente brevi, circumflectit, ut* βρῶμα, χρῆμα, πῆχος.

III. *Naturâ longa ante finalem naturâ brevem, vel positione longam, si tonum habeat, circumflectitur,* ἑστῶτες, δῆμος, αὖλαξ.

IV. *Brevis ante finalem longam acuitur: ut* ἔρως.

V. *Brevis ante finalem brevem, aut longa ante finalem longam, si tonum habeat, acuitur: ut* λόγος, ἥρως, ἑστώτων.

VI. *In Polyssyllabis, ultimâ existente longâ, acuitur penultima: ut* εἰρήνη, ἀνθρώπῳ.

Excipe Attica, ut Μενέλεως, λέξεως.

VII. *Ultimâ vero existente brevi, acuitur antepenultima: ut* ἄνθρωπος, μαρτύριον.

EXCEPTIONES.

1. Verbalia in ος, derivata à præterito medio, & cum nominibus composita, si activi capiuntur, accentum habent in penultima: ut θεοτόκος, θεομάχος, ἀνδροφόνος, λαοτρόφος, σπερμολόγος, σαρκοφάγος.
2. Participia præteriti passivi etiam acuunt penultimam: ut, τετυμμένος, γεγραμμένος.
3. Sic etiam verbalia in ιος & ιον: ut λεκτέος, λεκτέον: ποιητέος, ποιητέον.
4. Et quædam alia: ut ἐναντίος, ἀθρόος, οὐρανόθε, οὐρανόθι, οὐρανόθεν: & similia.

VIII. *Diphthongi finales* αι *&* οι, *nullâ sequente consonante, in accentuum ratione habentur breves, ut* μοῦσαι, ἄνθρωποι, τύπτομαι.

IX. Ευ *&* ου *finales, nullâ sequente consonante, si tonum scriptum habeant, circumflectuntur: ut* βασιλεῦ, ἐμοῦ, ὑδαμοῦ, φεῦ.

Excipe ἰδού, ἰού, acutitona.

X. *Particulæ,* α, εὖ, δυς, *in compositione accentum retra-*

trahunt: ut παιδευτὸς, ἀπαίδευτος: τακτὸς, δύστακτος: κινητὸς, δυσκίνητος.

Sic ἑκὼν, ἀέκων: λόγος, ἄλογος, δύλογος.

XI. *Dictiones encliticæ rejiciunt accentum in præcedentem dictionem: ut* ἤκουσά σου, εἶπέ μοι.

Quod si particulas encliticas præcedat dictio ultimam habens circumflexam, encliticæ nativum accentum prorsus amittunt: θεοῦ σου, θεοῦ ἐστι.

Sunt autem encliticæ ex Nominibus τὶς, τινὸς, *infinitum:* ἦλθέ τις, εἴ τινα. *Et cum æquivalentibus,* του *&* τῳ *pro* τινὶ.

Ex verbis, εἰμὶ, φημὶ, *in toto præsenti,* φέρτερός εἰμι. *Exceptâ secundâ personâ* φὴς.

Ex Pronominibus, μοῦ, μοὶ, μὲ, σοῦ, σοὶ, σὲ, οἱ, μὶν, σφί, σφίσι, σφὲ, σφωὲ, σφέας.

Ex Adverbiis, ποθὲν, ποθὲ, ποτὲ, πῶς, πῶ, πῆ, ποῦ, *& similia interrogativa infinitè sumpta: ut,* ἦλθέ ποσεν οἶδά πως.

Ex Conjunctionibus, τε, τοι, γε, κε, κεν, νυ, περ, ῥα, θην.

XII. *Quædam omnino carent accentu:* ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, εἰ, οὐ, οὐκ: *nisi sequatur enclitica: ut,* οὔκ ἐστι πόνων ἀνάπαυσις.

XIII. *Ultima acuta fit gravis, ob sequentem dictionem: ut,* θεὸς ἡμῶν.

Excipe τίς interrogativum, quod semper acuitur: τίς ἐποίησε. Item cùm sequitur dictio enclitica: ut, θεός σου, θεός ἐστι.

XIV. *Ex acuto & gravi fit Circumflexus in contractione: ut,* βοάετε, βοᾶτε.

Excipe τ̃ λητόα, λητώ.
Et dualia in ω, quæ semper acuuntur, etiam contracta: τὼ νόω, νώ, à νόος, mens: τὼ νῶ, νώ ab ἐγώ.

XV. *Ex gravi verò & acuto, non fit Circumflexus: ut,* βοαέτω, βοάτω: ἑσταώς, ἑστώς.

REGULÆ SPECIALES.

Hactenus regulas de Accentibus generales enumerâsti: jam speciales quoque recense.

Speciales regulæ tripartitæ sunt: aliæ enim ad Nominum declinationes pertinent: aliæ ad Verba: quædam etiam ad Præpositiones.

REGULÆ DE DECLINATIONIBUS.

I. *Nominativi accentus fermè in obliquis manet in eadem syllabâ, nisi regula generalis impediat: ut,* λόγος, τοῦ λόγου, τῷ λόγῳ: ἡ εἰρήνη, τῆς εἰρήνης, τῇ εἰρήνῃ, ὁ ἄνθρωπος, τοῦ ἀνθρώπου, *accentu in penultimâ propter ultimam longam ex Regulâ generali.*

II. *Genitivi & Dativi in Declinationibus parissyllabicis ultimam circumflectunt, si in ea accentum habuerint: ut,* ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς.

Idem judicandum de Genitivo dissyllabo duali, & plurali quintæ declinationis: ut, ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, τοῖν χειροῖν, τῶν χειρῶν.

Excipe Genitivum singularem quartæ declinationis, ut, λαὸς, τοῦ λαῶ: νεὼς, τοῦ νεώ.

III. *Substantivorum primæ & secundæ Declinationis Genitivus pluralis circumflectit ultimam,* ὁ αἰνείας, τῶν αἰνειῶν: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν.

Excipe ὁ χλούνης, τῶν χλούνων: ὁ χρήστης, τῶν χρήστων: οἱ ἐτησίαι, τῶν ἐτησίων.

IV. *Adjectiva secundæ declinationis, derivata à masculinis tertiæ declinationis, Genitivum pluralem parem habent masculino: ut,* ὁ ἅγιος, τῶν ἁγίων, ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων.

Quod si masculinum sit quintæ declinationis, ultima Genitivi fœminini circumflectitur: ut,

ὁ ἡδὺς,

ὁ ἡδὺς, ἡ ἡδεῖα, τῶν ἡδειῶν:
ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τῶν μελαινῶν:
ὁ τύπτων, ἡ τύπτουσα, τῶν τυπτουσῶν.

V. *Quintæ Declinationis Genitivi & Dativi dissyllabi, accentum sortiuntur in ultima: Nominativi autem, Accusativi & Vocativi in priore: ut,* ἡ χεὶρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρα: τὼ χειρὲ, ταῖν χειροῖν, αἱ καὶ ὦ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ, καὶ τὰς χεῖρας.

Excipe Participia, θεὶς, θέντος, θέντι: ὢν, ὄντος, ὄντι.
Item: τῶν παίδων, τῶν τρώων, τῶν πάντων, τοῖς πᾶσι, τῶν δᾴδων, τῶν δμώων, τῶν φώτων, τῶν κρήτων.

VI. *Vocativus in* ες, *à propriis in* ης, *est* προπαροξύτονος: *ut,* ὁ δημοσθένης, ὦ δημόσθενες: ὁ ἡρακλῆς, ὦ ἥρακλες.

VII. *Irregularia sunt,* ἡ μία, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν: ὁ δεσπότης, ὁ μηλιέτης, ὦ δέσποτα, μηλίετα.

Etiam ἡ μήτηρ, θυγάτηρ, τῆς μητέρος, θυγατέρος.

Sic ὦ ἄνερ, σῶτερ, πάτερ, θύγατερ, δήμητερ: *quæ singula peccant in regulas tam generales, quam speciales suprà positas.*

REGULA DE VERBIS.

I. *Verborum & Participiorum accentus observandi sunt in conjugatione verborum: ut,* τύπτω, πιέω, τίθημι. *Nam idem accentus manet & in eadem syllaba, qui & in qua syllaba fuit in themate, nisi regula aliqua generalis impediat.*

II. *Præterita & Aoristi, priore longâ, servant accentum in compositis eodem in loco: ut,* εἶχον, κατεῖχον: εἶκα, ἀφεῖκα: εἶμαι, ἀφεῖμαι: ἧκα, συνῆκα. *Præter* οἶδα, σύνοιδα.

III. *Omnis Imperativus acuitur in antepenultima, si eam habeat: ut,* παράμενε. *Si verò eam non habeat, acuitur in penultima:* μένε.

Excipe Aoristum secundum medium γενοῦ.

Et hæc quinque εἰπέ, λαβέ, ἐλθέ, εὑρέ, ἰδέ: ad differentiam tertiæ personæ Aoristi secundi Imperativi.

IV. *Monosyllaba longa, relicta post apocopen, acuuntur: ut,* χρῆμι, χρή.

Post aphæresin autem circumflectuntur: ut, ἔφλω, ἔφης, ἔφη, φλῶ, φῆς, φῆ, & ἦν, ἧς, ἧ.

At brevia sunt acuta, ἔφαν, βάν.

V. De ἐστί.

Persona ἐστὶ *in principio orationis, aut immediatè postposita his dictionibus* οὐκ, ὡς, καὶ, εἰ, ἀλλὰ, τοῦτο, *remittit accentum in priorem syllabam: ut,* ἔστι πόλις, καὶ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἔστι. ὡς ἔστι.

Alioqui remittit accentum in præcedentem dictionem: ut, ἄνθρωπός ἐστι, σῶμά ἐστι.

De Præpositionibus.

Præpositiones dissyllabæ, quando postponuntur suis casibus, transferunt accentum: ut, θεοῦ πάρα, πάρνασον κάτα.

Excipe διὰ *ad differentiam accusativi nominis* Ζεὺς τὸν Δία. *Idem fit, quando ponuntur pro Verbis compositis: ut,* πάρα *pro* πάρεστι: ἔπι *pro* ἔπεστι.

Huc pertinet Appendix de dictionibus Græcorum Encliticis in fine positis sub signo.

Spiritus.

Quot sunt Spiritus?

Duo: Asper sive densus, ut ἅμα, & Lenis sive tenuis, ut ἐγώ. In majusculis literis notatur literâ H divisâ: ut Ⱶ ρμα, Ⱶ ρχή.

NOTA. I. Omnis Vocalis vel Diphthongus ab initio dictionis alterum è Spiritibus possidet.

II. Consonans ρ initio dictionis adspiratur: ut, ῥώμη. In medio verò si geminetur, priùs ρ lævigatur, alterum adspiratur: ut, πύῤῥα.

PASSIONES.

Quot ſunt Paſſiones?

Tres: Apoſtrophus, Hyphen, Græcis ὑφ' ἓν, Diaſtole.

Quid eſt Apoſtrophus?

Eſt nota vocalis aut diphthongi rejectæ, & ob ſequentem vocalem: ut πάντ' ἔλεγον, pro πάντα ἔλεγον. Aliquando rejicitur etiam à principio ſequentis dictionis: ut, ὦ 'πόλλω, pro ὦ Ἀπόλλω: ἀρετή 'στι, pro ἐστὶ.

Rejiciuntur autem per Apoſtrophum ſolùm vocales breves: ut, ε, ο: aut ancipites correptæ: ut, α, ι: Item diphthongi finales, αι & οι, quæ in accentuum ratione habentur in fine pro brevibus.

REGULA.

Si poſt Apoſtrophum ſequitur vocalis adſpirata, tùm præcedentis dictionis muta tenuis mutatur in adſpiratam: ut, ἀφ' οὗ pro ἀπὸ οὗ, π mutatum in φ: ſic καθ' οὗ, pro κατὰ οὗ: νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην.

Quid eſt Hyphen?

Eſt nota, quâ dictiones duæ naturâ diviſæ conjunguntur. Ejus figura eſt hæc ‿: vel ut alii, hæc -: ut: πασι‿μελοῦσα, ὅπως-οῦν. Dicitur ὑφ' ἓν brevitatis causâ, pro ὑφ' ἓν μέρος λόγου, id eſt, ſub unâ orationis parte.

Tale eſt iſtud Virgilii, *ante‿malorum.*

Quid eſt Diaſtole?

Eſt nota, quæ ponitur ſub compoſitis, quæ dirimenda ſunt. Ejus figura ea, quæ vulgo (præſertim apud Typographos) *virgula* appellatur: ut, ὅ, τι ad differentiam ὅτι Conjunctionis: τό, τε, ad differentiam Adverbii τότε.

DE QUANTITATE SYLLABARUM GENERALIA QUÆDAM.

Quotuplex est ſyllaba ratione quantitatis?

Triplex. Vel longa eſt, vel brevis, vel anceps.

Unde cognoſcis ſyllabam longam?

Ex longâ vocali, *η*, *ω*: aut diphthongo, quæ omnis longa eſt: aut poſitione. Interdum tamen & vocales illæ longæ, & diphthongi corripiuntur.

Quando id fieri ſolet?

Cùm in fine dictionis nudæ poſitæ, & ſubſequens dictio incipit à vocali: ut in his verſibus:

Τιώνη ἐγὼ δέκε πέρσῃ ἐτήτυμα μυθήσαίμην.

Et: Καὶ νὺ τάδ' αἴκ ἐθέλῃς, ὀπιδέρκεται, ὐδὲ ἐλήθει.

II. Diphthongus etiam, vel vocalis ſimplex naturâ longa, ſequente aliâ vocali, in eadem dictione, ſæpe corripiuntur: ut apud Pythagoram:

Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁ πόσα φθόνον ἴσχει.

Unde dignoſcis ſyllabam brevem?

Ex vocali brevi *ε* & *ο*: ut θεὸς. Fit autem, ut breves ejuſmodi ſyllabæ apud Græcos producantur in qualibet cæſurâ.

Unde deprehendis ſyllabam ancipitem ſeu communem?

1. Ex accentu: ut, τὸ μέλι, μέλιτι, *ι* corripit, & τιμὰς, *α* producit.

2. Ex apoſtropho, qui tantùm deſecans vocales breves, ancipites arguit correptas: ut, in ἐπὶ, κατὰ, μάλα, ἵνα: ancipites corripiuntur, quia ſæpius per apoſtrophum reperiuntur avulſæ, ἐπ', κατ', μαλ', ἵν': ſicuti quoque eadem in Præpoſitionibus, Adverbiis & Conjunctionibus, in univerſum ferè corripiuntur.

3. Ex autoritate quæ ex Homero & Hesiodo, Poëtarum principibus, petenda est.

Dic Regulas quasdam generales de vocalibus communibus.

REGULA.

I. Μν, κλ, πλ, *præcedente vocali brevi, veluti naturâ cum liquidis, communem syllabam faciunt: ut,* Θήβης Αἰγυπτίης ὅτι πλεῖστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κεῖται, *id est, Thebes Ægyptiæ ubi plurimæ in domibus opes deponuntur.*

II. *Non rarò sola liquida vocalem antecedentem brevem extendit: ut,* μήκετ' ἔπειτ' ὤφελον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι.

III. *In Latinis dictionibus semper vocalis ante vocalem corripitur, præter in fio. Apud Græcos verò* α, ι, υ, *ante alias vocales nunc longæ sunt, nunc breves: ut, in* λαὸς, α *producitur, in* ἀοιδὸς, *verò corripitur.*

IV. *Breves naturâ interdum nullâ metricâ ratione producuntur Poëtis, ut* ε *&* ο *initio dictionis apud Homerum. Quemadmodum è diverso etiam longæ sine nullâ ratione, solâ Poëtica licentiâ corripiuntur: ut Odyss.* π.

Εἰδ' ὑμῖν ὁ ἢ μῦθος ἀφανδάνει ἀλλὰ βούλεσθε.

Ubi ἀλλὰ βου *constituit duas breves* υ υ.

V. *Quin & unius alicujus dictionis ancipitem in versu eodem quandoque producunt & corripiunt: ut, Iliad.* ε.
Ἄρες, ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

VI. *In dictionibus polysyllabis tres breves continuas, heroici modo primam ex illis producunt: ut, in* Πελαμίδης, ἀθάνατος. *Interdum tertiam, cùm aliæ sequuntur breves: ut,* συβόσια: *aut etiam mediam, præsertim cùm ea est anceps: ut,* πόλιες.

Rursus

Rursus.

Brevem inter duas longas nonnunquam producunt: ut, ι in ἀτιμία. Interdum etiam quatuor continuas breves ponunt loco unius Heroici, ut apud Hesiodum, lib. 2. ἔργων.

Τῆμος δ᾽ ἥμισιν βοσὶν, ἐπὶ δ᾽ ἀνέρα τὸ πλεὸν εἴη.

Πὶ δ᾽ ἀνέρα *quatuor breves, quæ constituunt proceleusmaticum.*

VII. *Peregrinæ voces quantitatem habent incertam, sive indifferentem: quod Latinis etiam Poëtæ recentiores tribuerunt.*

VIII. *Vocalis sive longa, sive brevis, ante aliam vocalem vel diphthongum, item diphthongus ante diphthongum sive vocalem, semper fit communis, ut Bion:*

Βάλλομεν ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλέονος ὄλβω.

Ubi ε *in* πλέονος *producitur.*

IX. *Communes fiunt aliquando & longæ Vocales, vel Diphthongi, positæ ante liquidam vel simplicem, vel geminatam, ut in hoc pentametro Tyrtæi:*

Ἰθὺς δ᾽ εἰς προμάχους ἀνὴρ ἀσπίδ᾽ ἐχέτω.

Ubi η *ante* ρ *corripitur.*

X. *Vocales breves cum* τ *junctæ syllabam efficiunt ancipitem, ut Eratosthenes:*

Βορῆς ἢ νότος τάδε κεκρυμμένα φαίνει.

Ubi ο *in* νότος *&* α *in* τα *producuntur.*

Item in versu Panyasis:

Τέρπεται παρεὼν ἅμα τ᾽ ἄλλον λαὸν ἀνώγει.

Ubi ε *penultima in* τέρπεται *extenditur.*

XI. *Breves vocales communes fiunt & ante* χ *&* δ: *ut Theognis:*

Ζητοῦσι χαλεποὶ τειρόμενοι πενίῃ.

Item

Item Homerus: τίπτε σὺ δέδοισας πόλεμον καὶ δηιότητα.
Ubi in ζητοῦσι, *&* ε *in* δέδοισας *producuntur.*
Sed de Prosodia latiùs infrà suo loco.

ETYMOLOGIA.

Quot sunt partes orationis apud Græcos?

Octo.

Quæ? Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, & Præpositio. Græcè: ἄρθρον, ὄνομα, ἀντωνυμία, ῥῆμα, μετοχὴ, ἐπίρρημα, σύνδεσμος, πρόθεσις.

Nulláſne habent Græci Interjectiones?

Habent, sed eas numerant inter Adverbia.

CASUS, πτώσεις.

Quot sunt Casus apud Græcos?

Quinque: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus. Græcè: πτῶσις ὀνομαστικὴ, γενικὴ, δοτικὴ, αἰτιατικὴ, κλητικὴ.

Græci Ablativo carent, ratione terminationis, non significationis, & ejus loco usurpant Dativum: ideò dicitur casus Latinorum proprius.

NUMERI, ἀριθμοί.

Quot sunt Numeri apud Græcos?

Tres: Singularis, ut ὁ λόγος: Dualis: ut, τὼ λόγω: Pluralis: ut, οἱ λόγοι. Græcè ἑνικὸς, δυϊκὸς, πληθυντικὸς,

ARTICULUS.

ΑΡΘΡΟΝ.

Quotuplex est Articulus?

Duplex: Præpositivus, & Postpositivus.

INFLEXIO PRÆPOSITIVI.

Masculini generis.

Sing.	ὁ	τοῦ	τῷ	τόν.
Dual.		τὼ	τοῖν.	
Plural.	οἱ	τῶν	τοῖς	τοὺς.

Fœminini generis.

Sing.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν.
Dual.		τὰ	ταῖν.	
Plural.	αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς.

Neutri generis.

Sing.	τὸ	τοῦ	τῷ	τό.
Dual.		τὼ	τοῖν.	
Plural.	τὰ	τῶν	τοῖς	τά.

Sic etiam inflectuntur Articuli compositi, quibus utimur pro Demonstrativis Pronominibus, οὗτος, αὕτη, τοῦτο: videlicet,

ὅδε, ἥδε, τόδε. Item: ὅγε, ἥγε, τόγε.
τοῦδε, τῆσδε, τοῦδε. τοῦγε, τῆσγε, τοῦγε.
τῷδε, τῆδε, τῷδε. τῷγε, τῆγε, τῷγε.
τόνδε, τήνδε, τόδε, &c. τόνγε, τήνγε, τόγε, &c.

INFLEXIO POSTPOSITIVI.

Masculini generis.

Sing.	ὃς	οὗ	ᾧ	ὃν.
Dual.		ὢ	οἷν.	
Plural.	οἳ	ὧν	οἷς	οὕς.

Fœminini generis.

Sing.	ἣ	ἧς	ᾗ	ἣν.
Dual.		ἃ	αἷν.	
Plural.	αἳ	ὧν	αἷς	ἃς.

Neutri generis.

Sing.	ὃ	οὗ	ᾧ	ὃ.
Dual.		ὣ	οἷν.	
Plural.	ἃ	ὧν	οἷς	ἃ.

Pro Vocativo in Articulis utimur Adverbio vocandi ὦ: ut, ὦ κάκιστε, ὦ μοῦσα.

Sic compositi ὅστις, οὕτινος, ᾧτινι, ὅντινα, &c. in Fœm. ἥτις, ἧστινος, &c. in Neutro, ὅ, τι per distinctionem ad differentiam Conjunctionis ὅτι, quòd, quia. Item, ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, &c.

VARIETAS DIALECTORUM.

IN ARTICULIS.

In Masculino & Neutro genere.

Genitivus τοῦ, Ionicè facit τοῖο: Doricè & Æolicè τῶ: Poëticè verò interrogando τέο & τεῦ pro τίνος, cujus?
Dativus pluralis τοῖς, Ionicè τοῖσι, vel τοῖσιν, sequente vocali.
Accusativus τοὺς etiam τὼς.

In Fœminino genere.

Dores η mutant in α, ut ἁ, τᾶς, τᾷ, τάν, pro ἡ, τῆς, τῇ, τήν.
Genitivus pluralis τῶν. Doricè τᾶν: Æolicè τάων.
Dativus pluralis Ionicè τῇσι, etiam τῇς & τῇσι, & τῇσιν.
NOTA. 1. Dativus pluralis τοῖσδε recipit appositionem syllabæ, σι, ut τοῖσδεσι, & Poëticè τοῖσδεσσι.
2. οὕτινος, ᾧτινι, Atticè dicitur ὅτου, ὅτῳ: Ionicè ὅτεο, ὅτεῳ, Doricè ὅτω: Æolicè & Poëticè ὅττεο.

NOMEN.

ὌΝΟΜΑ.

Quot sunt Declinationes Nominum apud Græcos?

Decem.

Quot modis dividuntur?

Duobus.

Quæ est prima divisio?

Declinationes aliæ sunt simplices, aliæ contractæ.

Quæ sunt simplices?

Quinque priores.

Quæ sunt Contractæ?

Quinque posteriores.

Quæ est altera divisio?

Declinationes aliæ sunt parisyllabicæ, ut quatu[or] priores; aliæ imparisyllabicæ, ut reliquæ.

Quare dicuntur parisyllabicæ?

Quia obliqui non excedunt rectum numero syllab[a]rum: ut, ὁ χρύσης, τοῦ χρύσου: ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς: ὁ ἄ[ν]θρωπος, τοῦ ἀθρώπου.

Quare dicuntur imparisyllabicæ?

Quia obliqui excedunt rectum numero syllabaru[m]: ut, τὸ φῶς, τοῦ φωτός: ὁ ἕλλην, τοῦ ἕλληνος: ὁ βασιλεύ[ς], τοῦ βασιλέος.

Declinationes Simplice[s] Parisyllabicæ.

Quot sunt in singulis Declinationibus simplicibus consideranda?

Tria.

Quæ?

Terminatio, Genus & Formatio casuum.

Pri[ma]

PRIMA DECLINATIO.

Prima Declinatio quot habet terminationes?

Duas.

Quas?

ας, & ης: ut, ὁ αἰνείας, ὁ χρύσης.

Quot habet genera?

Unum tantùm, Masculinum.

Quæ est formatio casuum?

Genitivus desinit in ου, ut τοῦ αἰνείου.

Dativus in ᾳ vel ῃ diphthongum impropriam, ut τῷ αἰνείᾳ, τῷ χρύσῃ.

Accusativus in αν vel ην, ut τὸν αἰνείαν, τὸν χρύσην.

Vocativus fit abjecto ς Nominativi, ut ὦ αἰνεία, ὦ ρύση.

In Duali & Plurali numero sequuntur articulum 'œminini generis.

Exceptio.

Nomina in της, & Poëtica in πης; item composita verbis μετρῶ, πωλῶ, τρίβω, & gentilia faciunt Voca-vum in α: ut τοξότα, ὦ κυνῶπα, ὦ βιβλιοπῶλα, ὦ κύθα.

Paradigmata hujus Declinationis habes in primâ parte.

VARIETAS CASUUM QUORUNDAM SECUNDUM DIALECTOS.

In singulari numero.

Genitivus desinit Ionicè in εω, πηληϊάδεω: Doricè in α, ὁ λᾶας, τοῦ λᾶα: θωμᾶς, τοῦ θωμᾶ: Æolice in ας, αἰνείας; Poëticè in α per Crasin ex Genitivo ɔnico.

Dativus Ionicè in ῃ, τῷ αἰνείῃ.

Accusativus Ionicè in ην vel εα, τὸν αἰνείην, vel αἰνέα.

Vocativus desinens in α, Poëticè ponitur pro Nominativo, ut θυέστα pro θυέστης: ἱππότα pro ἱππότης, eques.

In plurali numero.

Genitivus Ionicè in έων, τῶν κεφαλέων: Doricè in ᾶν, τῶν αἰτιᾶν: Æoli & Bœoticè in άων, τῶν ψυχάων.

Dativus Ionicè τοῖς αἰτίαισι, & in ης τοῖς αἰτίαις, & per συγκοπὴν, αἰτίαισι, vel αἰτίῃσι.

Accusativus Ionicè in ας, τὰς αἰτίας.

Observationes quædam Generales.

1. Attici in omni declinatione Vocativum similem formant Nomin[ativo]. tivo.

2. Iones α longum frequenter mutant in η, ut ἡμέρη.

3. Dores η mutant in α longum, ut ἡμέρα.

4. Dativis pluralibus cujuscunque declinationis in ς desinentibus, Attici, Iones & Æoles addunt jota: ut αἰτίαισι vel αἰτίῃσι, μούσαισι, μούσῃσι, λόγοισι, ἀνθρώποισι.

Secunda Declinatio.

Secunda Declinatio quot habet terminationes?

Duas: α, & η: ut ἡ μοῦσα, ἡ τιμή.

Cujus generis sunt nomina hujus Declinationis?

Fœminini.

Quæ est formatio casuum?

Genitivus desinit in ης.

Davitus in ῃ diphthongum.

Accusativus in αν vel ην.

Vocativus similis est Nominativo.

In Duali & Plurali numero sequuntur articulu[m] Fœminini generis.

Exceptio.

Nomina in α purum, δα, θα, vel ρα, in toto numero singulari α [re]tinent: ut ἡ ἱστορία, τῆς ἱστορίας: ἡ ἡμέρα, τῆς ἡμέρας: ἡ λήδα, τῆς λήδας: ἡ μάρθα, τῆς μάρθας.

Sic Ἀθηνᾶ, ταυτηχᾶ, μνᾶ, à Nominativis puris, ἀθηνάια, ταυτηχία, μν[άα]. Paradigmata habes in prima parte.

VARIETAS CASUUM SECUNDUM DIALECTOS.

Doricè η mutatur in α: ut ἀρετὰ, τὰς ἀρετὰς, τᾷ ἀρετᾷ, τὰν ἀρετάν.
Genitivus pluralis Ionicè in έων, μελισσέων, Æolicè, άων, μελισσάων, [D]oricè, ᾶν, μελισσᾶν.
Dativus pluralis assumit jota, ut antè admonuimus: μελίσσαισι, vel [μελ]ίσσησι.

TERTIA DECLINATIO.

Tertia Declinatio quot habet terminationes?

Duas: ος & ον: ut ὁ λόγος, τὸ ξύλον.

Quot habet genera?

Quatuor: in ος enim sunt vel Masculina, vel Fœ[m]inina, vel Communia: in ον verò Neutra: ut ὁ λό[γο]ς, ἡ ὁδὸς, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τὸ ξύλον.

Quæ est formatio casuum?

Nomina desinentia in ος sequuntur articulum Mas[c]ulini generis: Vocativus desinit in ε. Desinentia verò [i]n ον, sequuntur articulum Neutri generis.

NOTA. Neutra tres similes casus habent, ut apud Latinos, sic apud [G]ræcos qui etiam in plurali desinunt in α.

Paradigmata habes in prima parte.

VARIETAS CASUUM SECUNDUM DIALECTOS.

Genitivus singularis Ionicè οιο, λόγοιο.
Doricè & Æolicè in ω, λόγω.
Dativus singularis in ω, sine jota subscripto τῶ λόγω.
Genitivus & Dativus Dualis numeri Bœoticè in οιιν, λογοίιν.
Dativus pluralis Ionicè assumit jota, λόγοισι.
Accusativus Doricè in ως vel ος, τὼς λόγως, vel λόγος.
Attici in quibusdam neutris in ον abjiciunt ν, ut ἄλλο, τηλικοῦτο, τοιοῦτο, τοσοῦτο. Sic pronomina, τοῦτο, ἐκεῖνο, αὐτὸ, sæpe ad differentiam Accusa[t]ivi Masculini generis in ον.

QUARTA DECLINATIO.

Quarta Declinatio quot habet terminationes?

Duas: ως & ων: ut ὁ Μενέλεως: τὸ ἀνώγεων.

Quot habet genera?

Quatuor. Nam desinentia in ως, vel sunt Masculina vel Fœminina, vel Communia: In ων verò sunt Neutra: ut, ὁ Νικόλεως: ἡ ἅλως: ὁ καὶ ἡ ἀνώγεως, τὸ ἀνώγεων.

Quæ est formatio casuum?

Tota declinatio formatur ex tertia. Nam ο mutatur in ω: α longum in puris vertitur in ε: ι subscribitur: υ verò abjicitur.

In summâ, omnes casus desinunt in ω, idque vel cum consonante ς aut ν: vel sine consonante.

OBSERVATIONES.

1. Declinatio hæc est propria Atticorum: ideò Vocativus similis est Nominativo, & accentus est in antepenultimâ, etiamsi ultima sit longa.

2. Quinque sunt nomina, quæ Accusativum faciunt sine ν, ἄθως; ἄθω: ἕως, ἕω: κέως, κέω: κῶς, κῶ: λαγὼς, λαγῶ.

3. Genitivus singularis Poëticè assumit ο, ut πετεῶς, τοῦ πετεῶ, πετεῶο.

Paradigma habes in prima parte.

QUINTA DECLINATIO.

IMPARISYLLABICA.

Quinta Declinatio quot habet literas terminales?

Novem: α, ut τὸ βῆμα: υ, ut τὸ γόνυ: ξ, ut ὁ ἄναξ: ν, ut ὁ ἕλλην: ς, ut ἡ λαμπὰς. ι, ut τὸ σίνηπι. ω, ut ἡ λητῶ. ψ, ut ὁ κύκλωψ. ρ, ut ὁ μάρτυρ.

Quot habet genera?

Omnia: ut, ὁ ποιμὴν, ἡ μήτηρ, τὸ ἧπαρ, ὁ καὶ ἡ δαίμων, ὁ καὶ ἡ καὶ τὸ μάκαρ.

Quæ est formatio casuum?

Genitivus desinit in ος, ut τοῦ ἕλληνος.

Dativus in ι, ut τῷ ἕλληνι.

Accusativus masculini & fœminini generis vel in α, ut τὸν ἕλληνα, vel in ν, ut τὸν βότρυν. Neutrius generis accusativus, plerumque etiam Vocativus in Masculinis & Fœmininis similis est Nominativo: ut, τὸ ῥῆμα, ὦ ἕλλην, ὦ λαμπὰς, ὦ φῶς.

In Duali numero Nominativus, Accusativus & Vocativus desinit in ε, ut, τὼ, ὦ ἕλληνε.

Genitivus & Dativus in οιν, ut, τοῖν ἑλλήνοιν.

In Plurali numero, Nominativus desinit in ες, ut, ἕλληνες. Neutra verò in α, ut, τὰ βήματα.

Genitivus in ων, ut, τῶν ἑλλήνων.

Dativus in σι, ut, τοῖς ἕλλησι.

Accusativus in ας, ut, τοὺς ἕλληνας. Neutra verò in α, ut τὰ βήματα.

Vocativus similis est Nominativo, ut ὦ ἕλληνες, βήματα.

FORMATIONES GENITIVORUM SINGULARIS NUMERI HUJUS DECLINATIONIS.

A.

Nomina desinentia in α Genitivum faciunt in τος: ut τὸ βῆμα, βήματος: σῶμα, σώματος. Literarum nomina in α sunt ἄκλιτα, indeclinabilia.

I.

In ι Genitivum faciunt in τος, ut τὸ μέλι, μέλιτος. *Adjectiva Neutra sequuntur Masculina: ut, ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, καὶ τὸ εὔχαρι, εὐχάριτος: ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, καὶ τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος.*

Quædam verò Substantiva faciunt Genitivum in ος purum: & ea pertinent ad secundam Declinationem contractorum, ut, τὸ σινήπι, σινήπιος.

Υ.

In υ faciunt Genitivum vel in υος, ut, τὸ γόνυ, γόνυος, vel etiam γόνατος, à Nominativo τὸ γόνας: sicu δόρυ δόρυος, & δόρατος à δόρας. Vel in εος, ut, τ ἄστυ, ἄστεος: τὸ ἡδὺ, ἡδέος.

Ω.

In ω desinentia pertinent ad quartam Declinationen contractorum: ἡ λητὼ, τῆς λητόος.

ΑΝ.

In αν faciunt Genitivum vel in ανος, vel in αντος ut, ὁ παιὰν, παιάνος: τὸ μέλαν, μέλανος: τὸ πᾶν, παντός. Sic Participia: ut, τὸ τύψαν, τύψαντος.

ΕΝ.

In εν faciunt Genitivum, vel in ενος, vel εντος: ut τὸ τέρεν, τέρενος, τὸ χαρίεν, χαρίεντος. Sic Participia τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντος.

ΙΝ.

In ιν Genitivum formant in ινος: ut, δελφὶν, δελφῖνος: ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνος.

ΗΝ.

In ην faciunt Genitivum in ηνος, vel ενος: ut ὁ ἕλλην, ἕλληνος: ὁ ποιμὴν, ποιμένος: ἡ φρὴν, φρενός.

ON.

In ον faciunt Genitivum in ονος, ut, τὸ μεῖζον, μείζονος: *vel* οντος, *ut Participia,* τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

OΥN.

In ουν faciunt Genitivum vel in οδος, ut, τὸ δίπουν, δίποδος: *vel* ουντος, *ut Participia,* τὸ τυπτοῦν, τυπτοῦντος.

ΥN.

In υν faciunt Genitivum in υνος, ut, ὁ μόσυν, μόσυνος, *vel* υντος, *ut Participia,* τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος.

ΩN.

In ων faciunt Genitivum vel in ονος, & οντος per ο, vel in ωνος & ωντος per ω: ut, ἡ χελιδὼν, χελιδόνος: δράκων, δράκοντος: *& Participia,* ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος: ὁ αἰὼν, αἰῶνος: ὁ ξενοφῶν, ξενοφῶντος.

Ξ.

In ξ faciunt Genitivum vel in κος: ut, ὁ θώραξ, θώρακος. *Sic* ἡ γύναιξ, *pro quo* γυνὴ *dicimus, in Genitivo facit* γυναικός *Vel in* γος: *ut,* ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος. *Vel in* χος; *ut,* ἡ θρὶξ, θριχὸς. *Vel in* κτος: *ut,* ὁ ἄναξ, ἄνακτος: ἡ νὺξ, νυκτὸς. *Sic* τὸ γάλαξ, *pro quo* γάλα *dicitur, facit* γάλακτος.

AP, EIP, HP, ΥP, OP, ΩP.

Quæ in ρ *desinunt, plerumque faciunt Genitivum adjecto* ος *ad Nominativum: ut,* ὁ μάκαρ, μάκαρος: ἡ χεὶρ, χειρὸς: ὁ σὴρ, σηρὸς: τὸ ἦτορ, ἤτορος: ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος: ὁ φὼρ, φωρὸς: ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος.

EXCIPE.

1. Τὸ ἧπαρ ἥπατος: τὸ δέλεαρ, δελέατος: *& similia, ut,* ἦμαρ, εἶδαρ, φρέαρ, στέαρ, κάρηαρ, *fiunt a Nominativis in* ας: *ut,* ἧπας, δέλεας. *Sic* τὸ ὕδωρ, τοῦ ὕδατος, *ab inusitato Nominativo* ὕδας.

2. *Quæ-*

2. *Quædam in* ηρ *mutant in Genitivo* η *in* ε, *ut*, ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος: ὁ ἀὴρ, ἀέρος: ὁ ἀστὴρ, ἀστέρος. *Et ex his quædam sunt, quæ in Genitivo patiuntur syncopen: ut*, πατὴρ, πατέρος, πατρός. *Sic Fœminina*, μήτηρ, θυγάτηρ, γαστὴρ, *&c. At* ἀνὴρ, ἀνέρος *assumit* δ, ἀνδρός.

3. *Quædam in* ωρ *mutant in Genitivo* ω *in* ο: *ut*, νέστωρ, νέστορος: ὁ ῥήτωρ, τοῦ ῥήτορος: ὁ ἀπάτωρ, ἀπάτορος, *&c.*

ΑΣ.

In ας *faciunt Genitivum vel in* αντος: *ut*, ὁ αἴας, αἴαντος: ὁ τύφας, τοῦ τύφαντος. *Vel in* ανος: *ut*, ὁ τάλας, τάλανος. *Vel in* αδος: *ut*, ἡ λαμπὰς, λαμπάδος. *Vel in* ατος: *ut*, τὸ γῆρας, γήρατος.

ΑΙΣ.

In αις *faciunt Genitivum vel in* τος, *vel in* δος: *ut*, ἡ δαὶς, δαιτὸς: τὸ σταὶς, σταιτὸς: ὁ καὶ ἡ παῖς, παιδὸς. *Sic composita* ἄπαις, εὔπαις.

ΑΥΣ.

In αυς *faciunt Genitivum in* ος *purum, & sunt hæc duo*: ἡ ναῦς, ναὸς: *dicitur etiam* νηῦς, νηὸς, *Ionicè*: ἡ γραῦς, γραός.

ΕΣ.

In ες, εος *faciunt, & ad primam contractorum pertinent, ut*, τὸ ἀληθὲς, ἀληθέος.

ΕΙΣ.

In εις *faciunt Genitivum in* ενος *vel* εντος: *ut*, κτεὶς, κτενὸς: ὁ ὀπόεις, ὀπόεντος: ὁ χαρίεις, χαρίεντος. *Sic Participia*, ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος. *At* ἡ κλεὶς, τῆς κλειδὸς *facit*, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα *&* κλεῖν.

ΕΥΣ.

In ευς, εος *faciunt, & ad tertiam contractorum pertinent*:

nent: ut, βασιλεὺς, τοῦ βασιλέος: ῆος *verò Ionicè*, *&* έως *Atticè*, βασιλῆος, βασιλέως.

ΗΣ.

In ης *faciunt Genitivum vel in* ητος: *ut*, ἡ λέβης, λέβητος: ἡ σεμνότης, τῆς σεμνότητος. *Vel in* ηντος, *ut*, τιμῆς, τιμῆντος. *Vel in* εντος: *ut*, κλήμης, κλήμεντος. *Vel in* εος: *ut*, ὁ δημοσθένης, δημοσθένεος: ἡ τριήρης, τριήρεος: *eaque pertinent ad primam contractorum.*

ΙΣ.

In ις *faciunt Genitivum vel in* ος *purum: ut*, πόλις, πόλιος: *hæc ad secundam contractorum pertinent: Vel in* δος, *ut*, ὁ πάρις, πάριδος: *Vel in* θος, *ut*, ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος; *Vel in* τος, *ut*, ἡ χάρις, τῆς χάριτος.

NOTA. Nomen τὶς aliquando est infinitum, aliquando interrogativum. Infinitum, cum scribitur accentu gravi: ut, ὁ καὶ ἡ τὶς, καὶ τὸ τὶ facit in genitivo τινὸς, τινὶ, τινὰ, &c. Interrogativum, cum scribitur accentu acuto, ὁ καὶ ἡ τίς καὶ τὸ τί, in Genitivo facit τίνος, τίνι, τίνα, &c.

ΟΣ.

In ος *neutra sunt, & faciunt Genitivum, vel in* εος: *ut*, τὸ τεῖχος, τείχεος: *sunt primæ contractorum: Vel* οτος, *ut Participia*, τὸ τετυφὸς, τετυφότος.

ΟΥΣ.

In ους *faciunt Genitivum in* ουντος, *ut*, ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος: *Vel* οντος, *ut*, ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, ποῦς *in Genitivo facit* ποδὸς, *cum compositis, ut*, ἄπους, ἄποδος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, βοὸς *facit.*

ΥΣ.

In υς *faciunt Genitivum vel in* υος: *ut*, ὁ μῦς, μυὸς: *Vel in* εος *per* ο: *ut*, ὀξὺς, ὀξέος: *Vel in* εως, *per* ω *Atticè: ut*, πρέσβυς, πρέσβεως: *Vel in* υδος, *ut*, ἡ χλαμὺς, χλαμύδος. *Vel in* υθος, *ut*, ἡ κόρυς, τῆς κόρυθος: *Vel in* υντος: *ut*, ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος, *suntque Participia.*

ΩΣ.

ΩΣ.

In ως faciunt Genitivum vel in ο⊛ per ο, ut, ἡ αἰδὼς, αἰδό⊛, & pertinent ad quartam contractorum: vel in ω⊛ per ω, ut, ὁ τρὼς, τρωὸς: vel in ωτ⊛, per ω, ὁ γέλως, γέλωτ⊛: reperitur etiam τῷ γέλω: τὸ φῶς, τῷ φωτὸς: vel ότος per ο, ut, ὁ πτυφὼς, πτυφότος.

ΑΛΣ.

ὁ ἅλς, ἁλὸς, *ſal:* ἡ ἅλς, ἁλὸς, *mare.*

ΝΣ.

ἡ ἕλμινς, ἕλμινθ⊛.

ΡΣ.

ὁ μάκαρς, μάκαρτ⊛, *quod &* μάκαρ, μάκαρ⊛.

Ψ.

In ψ *faciunt Genitivum vel in* πος: *ut*, ὁ ὢψ, ὠπὸς, *vultus:* ἡ ὄψ, ὀπὸς, *vox: Vel in* βος: *ut*, ἡ φλὲψ, φλεβὸς: *vel in* φος: *ut*, ὁ κίνυψ, κίνυφος.

Reliquorum Genitivorum formationem docebit uſus.

DE ACCUSATIVO SINGULARI.

Quomodo deſinit Accuſativus ſingularis quintæ Declinationis?

Maſculinus & Fœmininus in α, ut, τὴν ἔλπωα: vel in ν, ut, τὸν ὄφιν. Quædam utraque terminatione faciunt Accuſativum.

Quæ nomina habent in Accuſativo ν?

Nomina in ις & υς, item deſinentia in αυς vel ους, quorum Genitivus exit in ος purum, faciunt Accuſativum per ν: ut, ὁ ὄφις, ὄφιος, ὄφιν: ὁ βότρυς, βότρυος, βότρυν: ἡ ναῦς, ναὸς, ναῦν: Poëticè verò in α, ut, τὴν νῆα: ὁ καὶ ἡ βοῦς, βοῦν.

Quæ

Quæ habent geminum Accuſativum.

Barytona in ις & υς, quorum Genitivus non exit in ϛ purum, faciunt Accuſativum per α vel ν: ut, ἡ ἔρις, ἔριδος, ἔριδα, & ἔριν: ὁ νέηλυς, νεήλυδος, νεήλυδα, & νέηλυν.

DE VOCATIVO.

Quomodo deſinit Vocativus in quinta Declinatione?

Vocativus ſimilis eſt Nominativo, ut, ὦ βῆμα, ὦ Τιτᾶν, ὦ Ἕλλην: aliquando diſſimilis.

Quæ igitur excipiuntur?

REGULA.

I. *Nomina, quæ in Genitivo habent τος, præcedente ν, in vocativo abjiciunt τος, ut,* Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν: ὁ λέων, λέοντος, ὦ λέον, *&c. Poëtæ verò abjiciunt* ν: *ut,* ὦ Αἶα, Λαοδάμα.

II. *Adjectiva in* ην *&* εις, *quorum Neutra deſinunt in* εν, *faciunt Vocativum in* εν. *ut,* ὁ καὶ ἡ τέρην, καὶ τὸ τέρεν, ὦ τέρεν: ὁ χαρίεις, τὸ χαρίεν, ὦ χαρίεν, καὶ ὦ χαρίει, *abjecto* ς *à Nominativo.*

III. *Gravitona in* ηρ *habent in Vocativo* ερ: *ut,* ἡ μήτηρ, ὦ μῆτερ. *Sic acuta quatuor:* πατήρ, δαήρ, σωτήρ, ἀνήρ: ὦ πάτερ, δᾶερ, σῶτερ, ἄνερ.

IV. *Gravitona in* ις *&* υς: *item deſinentia in* ευς *&* ους, *quorum Genitivus deſinit in* ος *purum, abjiciunt* ς *in Vocativo: ut,* ὁ ὄφις, ὦ ὄφι: ὁ βότρυς, ὦ βότρυ: ὁ βασιλεὺς, βασιλεῦ, ὁ βοῦς, ὦ βοῦ. *Sic* παῖς, ὦ παῖ.

DE DATIVO PLURALI.

Unde formatur Dativus pluralis in quinta Declinatione?

A Dativo ſingulari, poſito σ ante ι, & abjectis literis δ, τ, θ, ν: ut, βότρυι, βότρυσι: λαμπάδι, λαμπάσι: λέβητι, λέβησι.

Quæ excipiuntur?

R E G U L A.

I. *Nomina deſinentia in* ξ, ψ, *aut diphthongum, quam ſequitur* σ, *formant Dativum pluralem à Nominativo ſingulari, adjectione* ι, *ad Nominativum: ut,* κόραξ κόραξι: ἅρπαψ, ἅρπαψι: βασιλεὺς, βασιλεῦσι: χαρίεις χαρίεισι. *At* ὁ ποῦς, τοῖς ποσὶ *facit.*

II. *Penultima Dativi pluralis, quia tanta eſt, quanta Dativi ſingularis, idcirco declinata in Genitivo per* τος, *præcedente* ν, *poſt abjectionem literarum* ν *&* τ, *aut ex vocali faciunt diphthongum: ut,* λέοντι, λέουσι: τιθέντι, τιθεῖσι: *aut vocalem ancipitem producunt: ut,* αἴαντι αἴασι: ἱστάντι, ἱστᾶσι.

III. *Nomina in* ηρ, *quæ in Genitivo ſyncopen patiuntur, faciunt dativum pluralem in* ασι: *ut,* πατὴρ, πατέρος, πατρὸς, πατράσι. *Sic* μητράσι, ἀνδράσι, *&c.*

IV. *Poëtæ formant Dativum pluralem à Nominativo plurali, addendo ſyllabam* σι, *&* *mutando* α *Neutrorum in* ες: *ut,* οἱ ἄνδρες, ἄνδρεσι: οἱ τρῶες, τρώεσι: τὰ ἔπεα ἐπέεσι.

IN

Inflexio Adjectivi et Substantivi.

I unâ eademque Declinatione.

Singularis numerus.

N. ἡ ἀγαθὴ τύχη.
G. τῆς ἀγαθῆς τύχης.
D. τῇ ἀγαθῇ τύχῃ.
A. τὴν ἀγαθὴν τύχην.
V. ὦ ἀγαθὴ τύχη.

Dualis numerus.

N.A.& V. τὰ, ὦ ἀγαθὰ τύχα.
G. & D. ταῖν ἀγαθαῖν τύχαιν.

Pluralis numerus.

N. αἱ ἀγαθαὶ τύχαι.
G. τῶν ἀγαθῶν τύχων.
D. ταῖς ἀγαθαῖς τύχαις.
A. τὰς ἀγαθὰς τύχας.
V. ὦ ἀγαθαὶ τύχαι.

Aliud exemplum.

Singularis numerus.

N. τὸ ἅγιον πνεῦμα.
G. τοῦ ἁγίου πνεύματος.
D. τῷ ἁγίῳ πνεύματι.
A. τὸ ἅγιον πνεῦμα.
V. ὦ ἅγιον πνεῦμα.

In diversis Declinationibus.

Singularis numerus.

N. ἡ ζωὴ αἰώνιος.
G. τῆς ζωῆς αἰωνίου.
D. τῇ ζωῇ αἰωνίῳ.
A. τὴν ζωὴν αἰώνιον.
V. ὦ ζωὴ αἰώνιος.

Dualis numerus.

N.A.& V. τὰ, ὦ ζωὰ αἰωνίω.
G. & D. ταῖν ζωαῖν αἰωνίοιν.

Pluralis numerus.

N. αἱ ζωαὶ αἰώνιοι.
G. τῶν ζωῶν αἰωνίων.
D. ταῖς ζωαῖς αἰωνίοις.
A. τὰς ζωὰς αἰωνίους.
V. ὦ ζωαὶ αἰώνιοι.

Aliud exemplum.

Singularis numerus.

N. ὁ καλὸς ποιμὴν.
G. τοῦ καλοῦ ποιμένος.
D. τῷ καλῷ ποιμένι.
A. τὸν καλὸν ποιμένα.
V. ὦ καλὲ ποιμὴν.

Dualis numerus.

N. A. & V. τὼ, ὦ ἁγίω πνεύματε.

G. & D. τοῖν ἁγίοιν πνευμάτοιν.

Pluralis numerus.

N. τὰ ἅγια πνεύματα.

G. τῶν ἁγίων πνευμάτων.

D. τοῖς ἁγίοις πνεύμασι.

A. τὰ ἅγια πνεύματα.

V. ὦ ἅγια πνεύματα.

Dualis numerus.

N. A. & V. τὼ, ὦ καλ ποιμένε.

G. & D. τοῖν καλοῖν ποιμ νοιν.

Pluralis numerus.

N. οἱ καλοὶ ποιμένες.

G. τῶν καλῶν ποιμένων.

D. τοῖς καλοῖς ποιμένεσι.

A. τοὺς καλοὺς ποιμένας.

V. ὦ καλοὶ ποιμένες.

INFLEXIO ADJECTIVI.
per tria genera, & tres terminationes.

Sing. N. ὁ ἀγαθὸς, ἡ ἀγαθὴ, τὸ ἀγαθόν.

Num. G. τοῦ ἀγαθοῦ, τῆς ἀγαθῆς, τοῦ ἀγαθοῦ.

D. τῷ ἀγαθῷ, τῇ ἀγαθῇ, τῷ ἀγαθῷ.

A. τὸν ἀγαθὸν, τὴν ἀγαθὴν, τὸ ἀγαθόν.

V. ὦ ἀγαθὲ, ἀγαθὴ, ἀγαθόν.

Dual. N. A. & V. τὼ, ὦ ἀγαθώ: τὰ, ὦ ἀγαθά: τω ὦ ἀγαθώ.

G. & D. τοῖν ἀγαθοῖν, ταῖν ἀγαθαῖν, τοῖν ἀγ αθοῖν.

Plural. N. οἱ ἀγαθοὶ, αἱ ἀγαθαὶ, τὰ ἀγαθά.

G. τῶν ἀγαθῶν, in omni genere.

D. τοῖς ἀγαθοῖς, ταῖς ἀγαθαῖς, τοῖς ἀγαθοῖς.

A. τοὺς ἀγαθοὺς, τὰς ἀγαθὰς, τὰ ἀγαθά.

V. ὦ ἀγαθοὶ, ἀγαθαὶ, ἀγαθά.

Aliud Exemplum.

um. N. ὁ ἡδὺς, ἡ ἡδεῖα, τὸ ἡδύ.
ig. G. τοῦ ἡδέος, τῆς ἡδείας, τοῦ ἡδέος.
D. τῷ ἡδέϊ, τῇ ἡδείᾳ, τῷ ἡδέϊ.
A. τὸν ἡδέα, τὴν ἡδεῖαν, τὸ ἡδύ.
V. ὦ ἡδὺ, ἡδεῖα, ἡδύ.

ual. N. A. & V. τὼ, ὦ ἡδέε: τὰ, ὦ ἡδεία: τὼ, ὦ ἡδέε.
G. & D. τοῖν ἡδέοιν, ταῖν ἡδείαιν, τοῖν ἡδέοιν.

ural. N. οἱ ἡδέες, αἱ ἡδεῖαι, τὰ ἡδέα.
G. τῶν ἡδέων, & in fœm. τῶν ἡδειῶν, τῶν ἡδέων.
D. τοῖς ἡδέσι, ταῖς ἡδείαις, τοῖς ἡδέσι.
A. τοὺς ἡδέας, τὰς ἡδείας, τὰ ἡδέα.
V. ὦ ἡδέες, ἡδεῖαι, ἡδέα.

Adverte hæc duo verba Attica ἱᾶσι & ἴασι variè cum Præpoſitionibus componi. Nam utrumque cum ſex Præpoſitionibus componitur, σὺν, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, περὶ, præterea ſolùm ἱᾶσι cum ἐν & πρὸ: & ſolùm ἴασι cum εἰς & πρὸς, non contrà: ut,

συνιᾶσι, ἀνιᾶσι, καθιᾶσι, διᾶσι, μεθιᾶσι, περιᾶσι.
συνίασι, ἀνίασι, κατίασι, δίασι, μετίασι, περίασι.
ἐνιᾶσι, προϊᾶσι non antepenacute: εἰσίασι, προσίασι, non penanflexè.

Dores αει & αε, in η contrahere ſolent, ſine ι ſcripto: ut,

Comm.	Dor.		Comm.	Dor.	
γελάεις,	γελῆς,	rides:	ἐγέλαες,	ἐγέλης,	ridebas.
πεινάεις,	πεινῆς,	eſuris:	ἐπείναες,	ἐπείνης,	eſuriebas
διψάεις,	διψῆς,	ſitis:	ἐδίψαες,	ἐδίψης,	ſitiebas.
ζάεις,	ζῆς,	vivis:	ἔζαες,	ἔζης,	vivebas.
ὁράεις,	ὁρῆς,	vides:	ὥραες,	ὥρης,	videbas.
κιρνάεις,	κιρνῆς,	miſces:	ἐκίρναες,	ἐκίρνης,	miſcebas.

Sic in Infinitivo.

γελάειν,	γελῆν,	ridere.
πεινάειν,	πεινῆν,	esurire.

Hunc Doricum usum etiam Attici in plerisque ver-
s receperunt, ut πεινῆς, διψῆς, ζῆς, ζῆν: id est,
uris, sitis, vivis, vivere.

Iones ab omnibus præteritis auferunt augmentum:
dem & Poëtæ: ut,

τύπτε	pro	ἔτυπτε	verberabat.
ἄκουσε		ἤκουσε	audivit.
δέχθαι		δεδέχθαι	suscepisse.
δέκτο		ἐδέδεκτο	susceperat.

Sed interdum Aoristis non solùm augmenta conce-
unt, verùm etiam primæ consonantis thematis re-
plicationem tribuunt: ut, κεχάροντο, *gavisi sunt:* κάδοντο, *cesserunt:* ἐκλελάθοιτο, *oblitus fuisset:* ἐκλε-
λαθέσθαι, *oblitum fuisse:* λελαβέσθαι, *apprehendisse:* πε-
ειθοντο, *persuasi fuissent.*

Hanc reduplicationem Aoristorum quidem Ionicam,
'ræteritorum verò perfectorum Communem, non
lùm in Aoristis, & Præteritis perfectis, sed in pleris-
ue etiam thematis cernere licet, assumpto augmento
ommuni quidem ι: Ionico verò ε: ut,

δῶ	δίδω, do.	πλῶ,	πιπλῶ, impleo.
κλήσκω,	κεκλήσκω, voco.	θῶ,	τιθῶ, pono.
χρῶ,	κεχρῶ, utor.	κάμω,	κεκάμω, laboro.
τμῶ,	τέτμω, seco.	κλῶ,	κίκλω, jubeo.
τλῆμι,	τέτλημι, tolero.		

Si thema incipiat à ς, ut ςῶ, assumpto augmento
, ut ἱςῶ, geminari non poterit prima consonans,
uia producitur ι positione.

Quin etiam à vocalibus incipientia themata augmentum commune ι, & ε Ionicum recipiunt: u

Ex ἕω fit { ἱέω, ἕημι, ἕεμαι, & factâ crasi duarum εε in ει, ἧμαι, sedeo. / ἱέω, ἵημι, id est, mitto.

Istiusmodi augmentum ε præponere solent Att Præteritis ab ω incipientibus, tàm perfectis, quàm ir perfectis: ut,

Ex commun.		fit Atticè.	
ὥρων		ἑώρων	videbam.
ὠνούμην		ἐωνούμην	emebam.
ὥρακα		ἑώρακα	vidi
ὤνημαι		ἐώνημαι	emi.

Eandem auxesin recipit ἔοικα, id est, *videor, simi lis sum.*

At Poëtæ Atticos imitati, etiam Aoristos pari m do augent, vel à vocali, vel à diphthongo incipie tes: ut,

ἔειπα, ἔηξα, ἐωσάμην, Poëticè pro εἶπα, ἧξα, ὠσάμην, communi id est, misi, impuli.

Verborum quintæ conjugationis Futurum primu etiam in σω finire solent Æoles: ut,

Communiter.		Æolicè.
ψάλλω,	ψαλῶ	ψάλσω
σπείρω,	σπερῶ	σπέρσω.

Ex Optativis verborum contractorum Æoles Attici μι in ην converso, proprios faciunt Optativo Et ex Atticis Dores etiam suos, οι diphthongo propr in ῳ diphthongum impropriam mutatâ: ut,

ποιοῖμοι	ποιοίην	ποιοίης	ποιοίη
		ποιοίητον	ποιοιήτην.
	ποιοίημεν	ποιοίητε	ποιοίησαν.

χρυσοῖμι	χρυσοίην	χρυσοίης	χρυσοίη
		χρυσοίητον	χρυσοιήτην
	χρυσοίημεν	χρυσοίητε	χρυσοίησαν.

βοῷμι, ποιῴην { ῴης, ῴη: ῴτον, ῳήτην:
βοῴην χρυσῴην, { ῴημεν, ῴητε, ῴησαν.

E FORMATIONE PERSONARUM SECUNDUM VARIAS LINGUAS.

A secundis & tertiis singularibus Præsentis Indicati-, in εις & in ει desinentibus Dores subtracto ι, pro-ias personas faciunt: Ex Doricis Æoles ε in η conver-ntes, suas formant: ut,

Ex commun. { τύπτεις, τύπτει } fit Doricè { τύπτες, τύπτε } & Æolicè { τύπτης, τύπτη.

Ex omnibus primis pluralibus in μεν terminatis tam ctivi & Passivi, quam Medii generis, Dores μεν in ες converso, suas formant: ut,

Ex commun { τύπτομεν, τετύπαμεν, ἐτύφθημεν } fit Dorice { τύπτομες. τετύπαμες. ἐτύφθημες.

In Præsenti Indicativi, & ambobus Futuris, ter-am pluralem, Dativo singulari participii similem for-ant Dores: ut,

Pro { τύπτουσι, τύψουσι, τυποῦσι } dicunt Dores { τύπτοντι, τύψοντι, τυποῦντι.

Cæterùm in ambobus præteritis perfectis, ασι in ντι commutato, formantur tertiæ plurales Dori-è: ut,

Ex commun. { τετύφασι, τετύπασι } fit Dorice { τετύφαντι, τετύπαντι.

A se-

A ſecundis ſingularibus Præteriti imperfecti, utriuſque Aoriſti activi omnium verborum, addi κε ſyllaba, & remoto augmento, fiunt tertiæ ſing lares Ionicè: ſed in circumflexis ſubjunctiva voca ex diphthongo finali tollitur: In verbis autem in longa vocalis in ſuam brevem mutatur.

Ex ſecundis perſonis commun.	ἔτυπτες	tertiæ perſonæ fiunt Ionicè,	τύπτεσκε,	verberabat.
	ἔτυψας		τύψασκε,	verberavit.
	ἔτυπες		τύπεσκε,	verberavit.
	ἵστης		ἵστασκε,	ſtabat.
	ἐτίθης		τίθεσκε,	ponebat.
	ἐδίδως		δίδοσκε,	dabat.
	ἐζεύγνυς		ζεύγνυσκε,	jungebat.

Ex ſecundis perſonis commun.	ἐβόας	tertiæ perſonæ fiunt Ionicè.	βόασκε,	clamabat.
	ἐποίεις		ποίεσκε,	faciebat.
	ἐχρύσους		χρύσοσκε,	inaurabat.
	ἔστης		στάσκε,	ſtetit.
	ἔθης		θέσκε,	poſuit.
	ἔδως		δόσκε,	dedit.
	ἔδυς		δύσκε,	ſubiit.
	ἔφυς		φύσκε.	natus eſt.

Poëtæ verò Iones imitati, ſecundis ſingularib eorundem temporum omnium Activorum adjun ſyllabâ κον, primas perſonas faciunt, quas juxta co munem Præteriti imperfecti formam, variant in te numero ſingulari & tertiâ plurali, quæ primæ ſingul ſimilis eſſe cognoſcitur: ut,

	Commun.		Poëticè	Tertiæ plurales.
Ex	ἔτυπτες	fit	τύπτεσκον	τύπτεσκον
	ἔτυψας		τύψασκον, κες, κε,	τύψασκον
	ἔτυπες		τύπεσκον	τύπεσκον.

Quemadmodum ex tertiis pluralibus Præteriti i perfecti, & utriuſque Aoriſti activi, mutato ν in σι, formant Bœoti tertias plurales: ita ex primis ſing

ibus in ην desinentibus, amborum quidem Aoristo-m passivorum, ην in εν mutato: Præteriti verò im-rfecti, & Aoristi secundi verborum in μι activorum, opriâ longâ in suam brevem conversa, tertias plura-faciunt: ut,

Ex commun. { ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον } fit Doricè { ἐτύπτοσαν. ἐτύψασαν. ἐτύποσαν.

Primæ singu-ares. { ἐτύφθην, ἐτύπην, ἐτίθην, ἵστην, ἐδίδων } Tertiæ Bœoticè { ἔτυφθεν. ἔτυπεν. ἔτιθεν. ἔσταν. ἔδιδον.

Primæ singu-ares. { ἔθην, ἔστην, ἔβην, ἔφην, ἔκτην } Tertiæ Bœoticè { ἔθεν, ἔδυν, ἔδυν. ἔσταν, ἔφυν, ἔφυν. ἔβαν, υ cum sit communis, ἔφαν, per se corripitur & ἔκταν. producitur.

Dores etiam Futura prima circumflectunt: ut, τυ-ῶ, εῖς, εῖ: τυψεῖτον, εῖτον: τυψοῦμεν, εῖτε, οῦσι.

Ex primis singularibus Præteriti plusquamperfecti tivi, ειν extremo in εα soluto, formant Iones pri-as singulares itidem ex tertiis singularibus ejusdem mporis, ει in εε converso, tertias singulares iidem ciunt: Et ex Ionicis εα & εε in η contractis, pri-as & tertias singulares similes formant Dores & ttici: ut,

Ex commun. { ἐτετύφειν, ἐτετύφει } fit Ion. { ἐτετύφεα, ἐτετύφεε } & { ἐτετύφη. Att. ἐτετύφη. Dor.

Tertiæ plurales Imperativorum præsentis & utri-que Aoristi temporis, Genitivis pluralibus parti-piorum ejusdem temporis, similes faciunt Attici:

Pro { τυπτέτωσαν, τυψάτωσαν, τυπέτωσαν. } Attici dicunt { τυπτόντων. τυψάντων. τυπόντων.

Aoriſtum ſecundum Imperativi, in ον terminant S racuſani: ut, λάβον, ἄνελον, pro λάβε, ἄνελε, id e *cape*, *occide*.

INFINITIVORUM DIALECTUS.

Infinitiva in ειν deſinentia communiter, Dores ſi tracto ι per εν efferunt.

Iidem illi quoque & Æoles, ε in η mutato, pe enuntiant: ſed hoc in Præſenti & Futuro primo t tùm: Iones verò in Aoriſto ſecundo & Futuro ſec do, ante ειν, ε interſerunt: ut,

Ex commun. { τύπτειν, τύψειν, τυπεῖν } fit Doricè { τύπτεν, τύψεν, τυπέν } & { τύπτην, τύψην, τυπέειν } Dor. Æol. Ionicè

Ex Infinitivis communibus cujuſque generis in ουν, vel ναι exeuntibus, Dores & Attici propria faci Infinitiva, ſtatim ante ν, ſyllabam με inferentes: loco ſi vocalem ſubjunctivam reperiant, eam ſub hunt: & ν finali diphthongum αι addunt. Ex qui remotâ poſtremâ diphthongo αι, Iones ſua form Infinitiva in μεν: ut,

Ex Commun.	fit Doricè & Atticè.	& Ionicè.
τύπτειν	τυπτέμεναι	τυπτέμεν
τύψειν	τυψέμεναι	τυψέμεν
τετυφέναι	τετυφέμεναι	τετυφέμεν
τετυπέναι	τετυπέμεναι	τετυπέμεν
τυπεῖν	τυπέμεναι	τυπέμεν
τυφθῆναι	τυφθήμεναι	τυφθήμεν
τυπῆναι	τυπήμεναι	τυπήμεν.
χρυσοῦν	χρυσόμεναι	χρυσόμεν
ἱστάναι	ἱστάμεναι	ἱστάμεν
στῆναι	στήμεναι	στήμεν
τιθέναι	τιθέμεναι	τιθέμεν
θεῖναι	θέμεναι	θέμεν
διδόναι	διδόμεναι	διδόμεν
δοῦναι	δόμεναι	δόμεν
εἶναι	ἔμεναι & ἔμμεναι	ἔμεν.

Infinitiva in ᾶν terminata per αῖς: & in οῦν, per οῖς
unciant Æoles: ut,

Pro	dicunt Æoles
γελᾶν	γελαῖς
πεινᾶν	πειναῖς
ὑψοῦν	ὑψοῖς
ὀρθοῦν	ὀρθοῖς

DE PASSIVIS
ET MEDIIS.

Ex tertiis singularibus communibus tàm Medii, ıàm Passivi generis in ται, vel το desinentibus, τ ulnæ syllabæ duntaxat expuncto, formant Iones se-.ndas singulares. Ex Ionicis verò εαι, ειαι & ηαι, in η: em εο in ου & αυ in ω contractis formantur commuter secundæ singulares. Nam Iones nihil contraınt: Sed ut Attici in Indicativo, quæ in η communir exeunt, easdem per ει enunciant: ita Dores, quæ εο desinunt Ionicè, per ου pronunciant, idque etiam ciunt in Imperativis: ut,

Fiunt

Fiunt secundæ personæ.

Ex tertiis singularibus.	Ionicè:	Commun.	Att. & Dor.
τύπτεται	τύπτεαι	τύπτῃ	τύπτει
ἐτύπτετο	ἐτύπτεο	ἐτύπτου	ἐτύπτευ
τύψεται	τύψεαι	τύψῃ	τύψει
ἐτύψατο	ἐτύψαο	ἐτύψω	
ἐτύπετο	ἐτύπεο	ἐτύπου	ἐτύπευ
τυπεῖται	τυπέεαι	τύπῃ	τυπεῖ
τύπτηται	τύπτηαι	τύπτῃ	

Ex Ion.	fit commun.	& Doricè.
τύπτεο	τύπτου	τύπτευ
τύπεο	τύπου	τύπευ.

Primas plurales in μεθα desinentes communi Dores interjecto σ per μεσθα proferunt, idque in om bus modis & generibus: ut, τυπτόμεθα commu ter: τυπτόμεσθα Doricè. Exempla plura facilè inven tuo Marte.

Perfecta & Plusquamperfecta.

Ex tertiis singularibus Præteriti, & Plusquamp fecti passivi, formant Iones tertias plurales, ante vel το finalem syllabam, insertâ vocali α: quam si p cesserit muta tenuis, eam in asperam convertunt σ, in formativam consonantem Præteriti medii: s servant eandem: si vocalis longa vel diphthong eam corripiunt: ut,

Ex commun.	fiunt Ionicè
τέτυπται	τετύφαται.
λέλεκται	λελέχαται.
πέπλησται	πεπλήθαται.
πέφρασται	πεφράδαται.
ἔσπαρται	ἐσπάραται.
πεποίηται	πεποιέαται.
εἴρυται	εἰρύαται.
κέκλιται	κεκλίαται.
κεχρύσωται	κεχρυσέαται.
τέθειται	τεθέαται.

Sunt tamen, quæ diphthongum vel vocalem ante-
ultimam servant longam: ut, δεδαίαται, βεβλήα-
βεβωλύατο, κεχολώατο: id est, *divisi sunt*, *jacti*
rant, *percussi fuerant*, *irati fuerant*.

In aliis quoque temporibus tam Indicativi, quàm
ptativi modi, simili modo tertiam pluralem for-
nt Poëtæ, Iones imitati: Sed in Optativo solùm
eritur α in το: in Indicativo etiam vocalis præce-
ns corripitur.

	ἧνται		εἵαται		ἧνται
	ἧντο		εἵατο		ἧντο
	τύπτοιτο		τυπτοίατο		τύπτοιντο
	τύψοιτο		τυψοίατο		τύψοιντο
ex	τύψαιτο	fiunt	τυψαίατο	pro	τύψαιντο
mmun.	τύποιτο	Ionicè	τυποίατο	Commun.	τύποιντο
	τυποῖτο		τυποίατο		τυποῖντο
	τυφθήσοιτο		τυφθησοίατο		τυφθήσοιντο
	τυπήσοιτο		τυπησοίατο		τυπήσοιντο
	τετύψοιτο		τετυψοίατο		τετύψοιντο

Tertiam pluralem Imperativi præsentis & utriusque
risti medii tertiæ duali similem faciunt Attici:

Atticè { τυπτέσθων, τυψάσθων, τυπέσθων } pro { τυπτέσθωσαν, τυψάσθωσαν, τυπέσθωσαν } Communiter.

Æoles τίθαιμι & ἵσαιμι: pro τίθεμι, ἵσαμι, pro-
unt: *ponor*, *sto*.

Hæc de linguarum diversitate, quantùm ad inflexiones nominum &
borum pertinet, sufficere videntur. Reliqua verò de verborum ac no-
num Syntaxi, dictionibus primitivis cuique idiomati propria, ex Corin-
, Plutarcho, Joanne Philopono, ac cæteris cognoscere poteris.

DICTIONUM AFFECTUS, SEU PASSIONES.

Transpositio est elementi ex proprio in alterius ordi-
m mutatio: ut, δαρτὰ, κραδία, κάρτος: pro δρατὰ,
ρδία, κράτος; id est, *facta*, *cor*, *robur*.

Transſumptio eſt elementi mutatio: ut, ἠπεδανὸ αἱμητότης: pro ἀπεδανὸς, αἱμοπότης, id eſt, *debili ſanguipotor.*

Sectio eſt dictionis compoſitæ in ſuas ſimplices reſ lutio: ut ἄκρα πόλις, pro ἀκρόπολις, id eſt, *ſumma civit*

Additio eſt elementi ad caput ſyllabæ adjectio: u ἀσαφὶς, ἄσταχυς, ϑαμὰ, pro σαφὶς, στάχυς, ἅμα: *n paſſa, ſpica, ſimul.*

Geminatio eſt unius ejusdem, pluriumve eleme torum in capite diſtinctionis repetitio: ut, κεκάμωσι λελάχωσιν, ἀπαρτηρὸς, ἐτύτυμον: pro κάμωσι, λάχω ἀρτηρὸς, ἔτυμον, id eſt, *laboraſſent, accidiſſent, con tiatorius, verum.*

Productio eſt communis correptæ, aut brevis calis in longam mutatio: ut, καλὸς primâ brevi, κό pro καλὸς primâ longâ, κώρη: id eſt, *bonus, puella*

Porrectio eſt vocalis aut diphthongi ſyllabam cientis in medio dictionis additio: ut ὀπίτιχεον, ἀδ φειὸς, πολεμίια: pro ὀπιτιχον, ἀδελφὸς, πολέμια: eſt, *munitum, frater, bellica.*

Diviſio eſt unius vocalis, aut diphthongi in d vocales diductio: ut, παΐς, κοΐλον, βέλεος, pro, π κοῖλον, βέλος, id eſt, *puer, cavum, ſagitta.*

Interpoſitio eſt vocalis non facientis ſyllabam medio dictionis additio: ut, κεινὴ, νοῦσος, ξεῖνος: κενὴ, νόσος, ξένος: id eſt, *vacua, morbus, hoſpes*

Duplicatio eſt ejuſdem conſonantis non facie ſyllabam in medio dictionis repetitio: ut, ὅττι, ἅδδ μέσσον, ἔννεπε, ὁππότε: pro ὅτι, ἅδην, μέσον, ἔνε ὁπότε: id eſt, *quoniam, ſatis, medium, dic, qua*

Par

Paremptosis est in medio dictionis, consonantium
llabam non facientium conjunctio: ut, πόλις, πόλε-
μος: pro πόλις, πόλεμος: id est, *civitas*, *bellum*.

Proschematismus est adjectio syllabæ in fine dictio-
s: ut, λόγοισιν, μούσαισιν, πρόσωπατα, ἐγὼν: pro
γοις, μούσαις, πρόσωπα, ἐγώ: id est, *verbis*, *musis*, *per-
ια*, *ego*.

Aphæresis est elementi à capite syllabæ ablatio: ut,
ὴ, αἶα, κεῖνος: pro ἑορτὴ, γαῖα, ἐκεῖνος, id est,
tum, *terra*, *ille*.

Arsis est syllabæ geminatæ in principio dictionis ab-
tio: ut, βλῆσθαι, δέχεσθαι, βλημμένος: pro βεβλῆσθαι,
δέχεσθαι, βεβλημμένος: id est, *jaci*, *suscipi*, *vulneratus*.

Systole est communis productæ, aut longæ vocalis
brevem mutatio: ut, φυσίζοος, ξερὸν: pro φυσί-
ζοος, ξηρὸν, id est, *alma*, *aridum*.

Syncope est vocalis, aut diphthongi facientis sylla-
n è medio dictionis remotio: ut, κάμμορος, δάσκιον:
) κακόμορος, δασύσκιον, id est, *infelix*, *opacum*.

Synalœphe est duarum vocalium, aut diphthon-
rum, in unam vocalem aut diphthongum muta-
. Hujus sunt septem species.

Synalœphe Simplex:

er Elisionem: ut, ἐπ' ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ, id est, adversum me.
er Crasin: ut, τ'ἀμὰ, pro τὰ ἐμὰ, id est, mea.
er Synæresin: ut, νηρῇδες pro νηρηΐδες, id est, Nereides.

Synalœphe Composita:

er Elisionem & Synæresin: ut, κἀγὼ, pro καὶ ἐγὼ, id est, & ego.
er Elisionem & Crasin: ut, ἐμὐποδύει, pro ἐμοὶ ὑποδύει, id est, me subit.
er Crasin & Synæresin: ut, ὡπόλος, pro ὁ αἰπόλος, id est, æpolus.
er Elisionem, Crasin, & Synæresin: ut, ἐν τ' Αἰθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ: id est, in Æthiopiã.

Ellipsis est vocalis non facientis syllabam à medi dictionis ablatio: ut, ἄμυξε γερὸν: pro ἄμυξε γερὸν id est, *cruentavit senem.*

Parellipsis est abjectio geminatæ consonantis à m dio dictionis: ut, κάλιον, θᾶτον, pro κάλλιον, θᾶττο id est, *pulchrius, citius.*

Eclipsis est consonantis non facientis syllabam medio dictionis evulsio: ut, σκῆπον, pro σκῆπτρο *sceptrum.*

Apocope est ablatio syllabæ in fine dictionis: δῶ, ἀπόλλω, ποσειδῶ: pro δῶμα, ἀπόλλωνα, ποσειδῶν id est, *domum, Apollinem, Neptunum.*

FINIS.



EPITOME
ROSODIÆ
GRÆCÆ,

CONSCRIPTA

in uſum ſtudioſæ Juventutis,

PER

. JOSEPHUM LANGIUM

CÆSAREMONTANUM.

NOBILIBUS,

Atque optimæ ſpei Adoleſcentibus,

BERNHARDO FREDERICO BRECHTERO,

ET

JOACHIMO à BEERSTET,

Diſcipulis ſuis chariſſimis,

M. JOSEPHUS LANGIUS CÆSAREMONTANUS

S. P. D.

SÆpe animadverti, Nobiles atque optimæ ſpei Adoleſcentes, ſtudium Poëſeos Græcanicæ, utile in primis ac jucundum, noſtris in Scholis nullam ferè ob cauſam aliam minus viguiſſe hactenus, niſi quòd eam Grammaticæ doctrinæ partem, quæ ſyllabarum quantitatem, Græcorumque verſuum rationem explicat, & commodam hoc exercitationis genus aggrediundi viam rudioribus aperit, adoleſcentes ignorârint.

Ut ergo hac in parte honeſtos ſtudiorum conatus pro meâ virili adjuvarem, eâdemque operâ

 pul-

pulcherrimum illud exercitationis genus ab inerti situ, vel aliquâ saltem ex parte vindicarem: consilio doctorum quorundam virorum de conscribendâ Græcæ Prosodiæ epitome, quæ cum Græcâ Grammaticâ nostris scholis usitatâ conjungeretur, haud invitus parui.

Suscepto itaque labore illo mensibus superioribus, hanc Prosodiæ Græcæ epitomen ex variis, eisque probatis hujus artis scriptoribus, collegi; eaaémque cùm Ephororum Academiæ nostræ censurâ, tum aliorum doctorum approbatam judicio, nunc ad communem studiosæ juventuti utilitatem in publicum edere statui.

Vobis autem, nobiles atque optimæ spei Adolescentes, qui hoc tempore Poëtas Græcos publicè explicari auditis, hunc meum qualemcunque laborem præ cæteris hæc προσφωνήσει *volui consecrare: ut & meam erga vos benevolentiam quam vestrâ indole præclarâ, singulari item modestiâ atque diligentia non mediocrem in me excitastis, pleniùs testatam vobis facerem: & publico hoc judicii mei, de spe, quam de vobis peramplam concepi, testimonio, vos ad literarum ac virtutis amorem magis inflammarem: & denique hunc eundem libellum, per vestras quasi manus reliquis tribulibus vestris, cæterisque aliarum classium discipulis traditum, gratiorem*

*mnibus redderem, & ad uſum quotidianum
nagis commendarem.*

*Agite ergo, Adoleſcentes optimi, cùm levi-
enſe hoc munus boni conſulite: tùm verò in hoc
irtutum ac literarum curſu, quem feliciter
ſtis ingreſſi, alacriter precedendo, reliquis
ommilitonibus veſtris laudatiſſimum pietatis,
nodeſtiæ, induſtriæ, conſtantiæ exemplum
ræferre pergite.*

*Quod ſi feceritis, ſpes me optima tenet, fo-
e, ut aliquando nobiliſſimis veſtris familiis
rnamento; univerſæ patriæ utilitati; vobis
'enique honori ſitis eximio. Valete. Ex Muſæo
oſtro, Calend. Januarii: Anno temporis ul-
imi* M D XCVI.



INDEX
CAPITUM.

EP

EPITOMES PROSODIÆ GRÆCÆ.

CAPUT I.

De Modis investigandi & cognoscendi Syllabarum quantitatem.

Quid docet Prosodia præter accentuum rationem?
Docet Syllabarum quantitatem.

Quid est Syllabarum quantitas?
Quantitas Syllabarum, sive tempus, est mora, qua syllaba alia brevi, alia longa, alia indifferenter, longa vel brevi effertur: ut θεὸς, δῶμα, κρίνω.

Quomodo deprehenditur illa quantitas in Syllabis?
Octo modis,

1. Positione.
2. Naturâ.
3. Vocali ante vocalem.
4. Derivatione.
5. Accentu.
6. Exemplo.
7. Regulâ, eaque vel { Generali. Speciali.
8. Dialecto.

Quota-

Quotuplex igitur est omnis syllaba, ratione temporis seu quantitatis?

Triplex: Vel enim longa est, ut, λητὼ:
Vel est brevis, ut, μῆνε:
Vel est anceps, ut, καλὸς.

CAPUT II.

DE POSITIONE.

Quid est Positio?

Positio est, quando post vocalem brevem vel anc pitem correptam sequuntur duæ consonantes, vel un duplex: ut, ἔργον, λέξις, ἄρτος, κεράζω.

Quæ hinc est Regula?

Positio syllabam quamlibet facit longam.

Quot autem modis accidit Positio?

Tribus: Vel enim in eadem dictione duæ cons nantes, aut una duplex sequitur vocalem, ut apu Hesiodum:

Μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι
Σχέτλιοι.

Vel in diversis, cùm videlicet prior dictio term natur à consonante, quam præcedit vocalis brev aut anceps, & sequens dictio à consonante incipit: apud eundem: Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπ ἀνθρώπων.

Vel denique dictio in vocalem desinens, exc pitur ab alia dictione, incipiente à duabus cons na

nantibus, aut unâ duplice: ut apud eundem Hesiodum:

Ἄνδρες θηρῆται καὶ καρχαρόδοντε κυνὴ πρὸς
Ἱέμενοι μαπέειν.

Item:

Ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρυόπα Ζεύς.

EXCEPTIONES.

I. Quoties dictio in vocalem brevem aut ancipitem exiens, excipitur à dictione, quæ incipit ab una duplice, aut binis consonantibus: fieri potest Positio, vel non fieri, pro scribentis arbitrio.

Hom. *Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προΐαψε.*

Hes. *Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε κρονίων.*

II. Muta cum liquidâ præcedentem vocalem brevem facit communem, ut apud Theognid.

Ὅς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος
Τῆς αὐτοῦ γλώσσης κάρτερος, οὐδὲ νόου.

Longa verò vocalis propter sequentem mutam & liquidam corripi non potest, sed manet longa.

III. Hæ quoque connexiones, *μν*, *κτ*, *πτ*, *κν*, veluti mutæ cum liquidis, præcedentem vocalem naturâ brevem, reddunt communem: ut,

Hesiod. *Πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκροκνέφαιος.*

Homer. *Ἀλλ' ἐπὶ λέκτρον ἰὼν ἄκρον δάκτυλον καταδάκνω.*

Idem. *Κύπρον φοινίκην τε καὶ αἰγυπτίους ἐπαληθείς.*

IV. Immutabiles seu liquidæ, *λ*, *μ*, *ν*, *ρ*, & monadicon *σ*, etiam consonantibus antepositæ, præsertim

mutis

mutis, liquescunt & positionem impediunt: ut Homerus:

Ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, καὶ δέκεν ἄλλον.

Orph. Παρθενίης ἄταρ πρὸς ἐπινήεσσιν ἡρώεσσιν.

Arat. Ὄρῃ ἑσπερίῃ κρώζῃ πολύφωνος, κορώνη.

CAPUT III.

De Syllabarum quantitate ex Natura.

Quid est natura in Syllabis?

Natura hic dicitur, cùm in aliqua syllaba est aut vocalis longa naturâ, aut diphthongus, aut vocalis natura brevis: atque ita Syllaba vel longa vel brevis inde censetur. *Nam de vocalibus ancipitibus hic dicere, non fuit animus: sed infrà capite* X. *usque ad* XVII. *omnem earum varietatem copiosè sumus explicaturi.*

Dic regulam de vocalibus naturâ longis.

Natura longæ sunt vocales η & ω, & syllabam longam efficiunt: ut, ἥρως, φήμη, λητώ.

Da regulam de Diphthongis.

Omnis Diphthongus longa est, tam propria quàm impropria, & syllabam suam producit: ut, δεινὸ πλοῦτος, δήμῳ.

Quid de vocalibus natura brevibus præcipitur?

Vocales natura breves sunt ε & ο, brevésque efficiunt syllabas: ut, Epigr. Pallad.

Ὦ γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον αὐτοχόλωτον

Μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

EXCEPTIONES.

I. Quoties vocalem brevem duæ conſonantes aut na duplex ſequitur, vocalis natura brevis producitur. 'it enim Poſitio, de quâ modò dictum eſt in præedente capite.

II. Vocales nudæ finales, ſemper fiunt commues ante conſonantes vel binas vel duplices: ut in his Iomer. videre eſt:

Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἀλλ' ἄγε λῆγ' ἔριδος, μὴ δὲ ξίφος ἕλκεε χειρί.

III. Vocales breves ante & poſt liquidas reddunt ommunes.

Callimach.

Ὤμοσεν ἀλλὰ λέγουσι θεάτρους ἐν ἔρωτι
Ὅρκους, μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

Et Theognid.

Τόλμα θυμὲ κακοῖς ὅμως ἄτλητα πεπονθώς.

IV. In qualibet cæſurâ vocales breves communes unt, litera quacunque ſequente.

Hom. Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες, ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν.
Heſiod. Αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξε κακὸν ἀνθρώποισι.

V. Vocales breves cum τ junctæ, ſyllabam efficiunt ncipitem.

Hom. Τί γὰρ δὴ δεῖ βροτῶν ἕνεκα πολεμίζειν.
Idem.: Πάτροκλον κλαιόμεν, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

VI. Bre-

VI. Breves vocales communem induunt naturam & ante χ, & ante δ quandoque, ut hæc demonstrant exempla.

Hom. Τίπτε σὺ δέδοισας πόλεμον καὶ δηϊότητος.

Phanocl. Νηὸν ἔχει πασέων ἐστὶν ἀοιδοτάτη.

VII. Vocales breves ante σ sæpenumerò fiunt communes. Homerus:

Χωόμενος, ὅτ' ἄριστον ἀχαιῶν, οὐδὲν ἔτισας.

Tyrtæus:

Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή. Et:

Θαρσύνῃ πεσεῖν τὸν πλησίον ἄνδρα παρεστώς.

CAPUT IV.

De quantitate Syllabarum ex vocali ante vocalem.

Dic jam Regulam primam de vocali ante vocalem.

Vocales natura longæ, item diphthongi omnes, ante aliam vocalem aut diphthongum quamcunque initialem sequentis dictionis collocatæ, corripiuntur vel producuntur, hoc est, fiunt communes. Hesiod.

Τῇ δ' ἐγὼ δέκε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.

Theognid.

Ὡς δὴ οἱ φράσσαιτο θεοὶ ἀγαθόντε κακόντε.

Homer.

Ἡμετέρῳ ἐν οἴκῳ ἐνὶ Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης.

Secunda Regula.

Diphthongus etiam, ut & vocalis natura longa ſe- ente alia quacunque vocali aut diphthongo in eadem tione, ſæpè corripitur.

Homer. Καρπὸν ἐδηλήσαντ' ἐπειδὴ μάλα πολλὰ μεταξύ.

Tertia Regula.

Vocales longæ ante σ poſitæ, ſæpenumerò fiunt nmunes: ut apud Heſiod.

Εὖτ' ἂν ἐξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο.

Quarta Regula.

Vocalis ante vocalem plerunque corripitur, ſi ea ſit qua ex brevibus aut ancipitibus. Heſiod.

Ηνίοχοι βελαῶτες, ἐφίεσαν, ὠκέας ἵππους.

Quinta Regula.

Ancipites ante aliam vocalem ſæpè longæ ſunt: pè etiam utramque quantitatem obtinent, quarum empla ex authoribus probatis petenda: neque e authoritate veterum poëtarum quicquam ten- ndum.

Homer. Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί.

Item: Ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τείχεσι πλῆτα.

CAPUT V.

De quantitate Syllabarum ex Derivatione.

Quid de Derivatione hîc præcipitur?

Derivata ut plurimùm evadunt suis primiti breviora: præsertim cùm alteram vocalem è dip thongo demittunt: ut, à πείθω, πιθανὸς: à φεύγ φυγή.

Æqualia autem sunt, quum literam non deponu ut, δίκη, δίκαιος, δικαιῶ, δικαιοσύνη. Item, νί νικῶ, νικητής.

NOTA. Fallit interdum hæc Regula. Proinde cùm Derivata sint r tiplicia & ambigua, tutius erit è regulis specialibus de Ancipitibus eo quantitatem patere.

CAPUT VI.

DE ACCENTU.

Quot dantur regulæ cognoscendæ quantitatis ex Accentu?

Tres.

Quæ est prima?

Accentus in antepenultima, ultimam brevem e indicat: quia si longa esset illa, ipse in penultima e collocandus, ut τὸ σίνηπι.

Excipe.

Casus Atticos & Ionicos, item desinentia in & αι, quæ propter accentum non sunt breves qu tita

ite: ut, μ<ελεως, πλεως, αἰνείεω, τύπ]ομαι, φιυφοι.

Quæ est secunda Regula?

Circumflexus in penultima, ultimam brevem art. Longa enim ante longam non circumflectitur: σῶμα, ἡ μῶσα, τὰ μῦσα.

Excipe rursus.

Desinentia in αι & οι.

Quæ est tertia Regula?

Circumflexus & in ultima & in penultima ancipilongas ostendit, sive ex contractione factæ fue:, sive sua natura longæ: ut, πᾶσα, ἱςᾶσα, ἶφι, , κῦδος.

CAPUT VII.

DE EXEMPLO.

Quid in hac doctrinâ est Exemplum?

Exemplum hîc nihil est aliud, quàm laudata bonoa Poëtarum authoritas, quæ in hoc scribendi gee tanquam norma quædam est adhibenda.

Unde autem & quomodo parantur exempla?

Paranda illa sunt diligenti lectione probatorum horum, Homeri, puta, Hesiodi, Theocriti, Pini & aliorum, qui ad hos proximè accedunt.

Quænam cognoscuntur exemplo sive authoritate?

Quæ vel ex hactenus traditis & posteà tradendis ;ulis cognosci non possunt: vel ab authoribus ali-

ter sunt usurpata per figuram aliquam: vel utroq modo ponuntur: ea exemplo, hoc est, lectione a thorum sunt discenda. Neque enim ulla syllaba v producenda vel corripienda est, nisi ex regulis arti aut alicujus scriptoris probati exemplo quantitas cognita. Etsi enim ancipites sunt, α, ι, υ, tamen p cujusque arbitrio in omnibus produci & corripi n possunt.

Caput VIII.

DE REGULA.

Quid est Regula?

Est observatio consuetudine & usu comprobat raro tamen sine exceptione.

Quotuplices sunt tales hac in doctrina regulæ?

Duplices: aliæ Generales: aliæ Speciales.

Quot sunt regulæ generales?

Quatuordecim.

Da primam.

Omnis syllaba circumflexa, & omnis contracta, longa: ut, ὁ μῦς, τὰ χρυσᾶ, τοῦ ὄφις.

Exceptio.

Vocalis contractione longa, etiam cum consona corripi potest, quando in fine dictionis ponitur, vocali sequente, ut in hoc Epigram.

Οἱ κόρεις ἄχρι κόρου κορέσωντό μου, ἀλλ' ἐκορέσθην
Ἄχρι κόρου, κἀγὼ τοὺς κόρεις ἐκόρεσας.

Κόρεις, in priore, pro κόρεες; in posteriore, pro κόρεας.

Et apud Homerum.

Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε παλαιγενέων κλέα φώτων.
Κλέα pro κλέεα.

Da secundam regulam.

Monosyllaba quædam: ut, γ', τε, κε, μὲν, γὰ, ἢ, τοὶ, τίς, & similia interdum quasi liquida & nullius momenti reputantur: quandoque rursus vi propria tempus præcedentis brevis producunt: aliquando etiam vim invertunt.

Homer. Δεύτερῳ δ' αὖ βοῦν θῆκε μέγαν ἐ πόνα δημῷ.
Hesiod. Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ τάχα σε ζηλώσει κ' ἀεργός.
Theogn. Ὤμοι ἐχὼν ἥβης τε γήραος οὐλομένοιο.

Dic regulam tertiam.

Particulæ tantùm in compositione repertæ, non sequente syllaba, quæ impediat, suas ancipites corripiunt, videlicet, ἀ, ζα, ἀερ, ἐρι, βρυ, δὺς.

Homer. Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶ ἧσιν ἀκόσματε πολλάτε ᾔδη.
Idem. Ῥήγνυτο τοῖς δ' ὅτε δὴ τροίω ἐρίβωλον ἵκοντο.

Recita quartam.

Composita ferè æqualia sunt suis simplicibus: ut, ... ἡ, ἀνδρόγυνος: τιμὴ, ἄτιμος.

NOTA. Non semper huic regulæ fidendum, cùm propter magnam compositorum varietatem non rarò fallat. Tutius ergo fuerit, compositorum quantitatem ex specialibus regulis de ancipitibus petere.

Da quintam regulam.

Verba ex Barytonis facta circumflexa, præsertim hæc vocalem ex diphthongo penultimæ amittunt, corri-

corripiunt ancipitem in penultima relictam: ut πιθ à πείθω, δαῶ à δαίω. Sic & τῶ à τίω, κυρῶ à κύρω φυρῶ à φύρω, &c.

Da sextam.

Thematis anceps initialis brevis est: sæpè tam producitur in Præteritis, occasione augmenti: u ἰάχω, ἴαχον, ἱκάνω, ἵκανον: ἵκομαι, ἱκόμην. Item in ἄσ ἄσασθαι, quibus accedunt, ἄραι, & ἄρας, ab αἴρ quanquam sunt, qui hæc contracta esse dicant ἀέσαι, ἀέσασθαι, ex ἀεῖραι, ἀείρας.

Da Regulam septimam.

Quanta est vocalis in primitivo, tanta transit possessivum: ut, ἰδαῖος prima longa, quia & ἤδη.

NOTA. Ut in cæteris derivativis, ita hîc etiam non usque adeò c est ratio. Quare Speciales regulas de his rectiùs consules.

Recita octavam regulam.

Omnis reduplicatio vel augmentum principale b ve est, nisi positio impediat: ut, τίθημι, δίδωμ πέτυφα.

Dic nonam.

Adverbia temporis sunt similia suis primitivis: u πολλάκις, ἑπτάκις, &c.

Excipe.

Τρία & τριάς. Nam ι breve hîc est: at τρεῖς lo gum.

Da decimam.

Nomen Masculinum aut Fœmininum in imm tabilem seu liquidam desinens, ultimam produc Neutrum corripit.

Ex

Excipe.

Πῦρ & πᾶν Neutra, quæ producuntur. Item alia ædam pauca, de quibus infrà in specialibus regu-, de ultimis syllabis.

Da undecimam.

Nomina finita in όεις Adjectiva, præcedentem vo- em habent correptam, & quartam à fine produ- m, quum tres excedunt syllabas: ut, ὑδατόεις, νόεις, δακρυόεις.

Da duodecimam.

Syllaba quæcunque versum terminans indifferens betur: brevis verò dictionem finiens, simulque dem inchoans, in Heroico producitur, præsertim ocales concurrant.

Hom. Σπεῦσαι γὰρ τι ἔπος ἐρέειν κορυθαίολος ἕκτωρ.

Item. Οἱ δ' μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον, &c.

Vide suprà regulam de Vocalibus.

Dic regulam decimam tertiam.

Quanta est anceps vocalis ultima in recto singulari ominum & Participiorum imparium, tanta ferè ma- t in obliquis, cum incremento in penultima: ut, κὰς, δορκάδος, δορκάδι, α ubique corripitur: rursus ν, πανὸς, πανὶ, πᾶνα producitur ubique.

Excipe.

Finita in υρ, ut μάρτυρ, πῦρ, & ἅλς, quæ licet pro- icantur in rectis, corripiuntur tamen in obliquis: , μάρτυρος, πυρὸς, ἁλὸς.

Da regulam decimam quartam.

Peregrinæ voces quantitatem habent incertam ſive indifferentem: Latinas verò Græcanicis regu ſæpè ſubmiſerunt Poëtæ juniores, ut in Epigra Pallad.

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ, εὐθὺς ἔγραψεν.
Ἢν δ᾽ αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ, εἶπε μόνον.

Hic in δόμινε media eſt brevis, ſicut apud Latinos. At in φράτερ pr contra rationem Latinorum corripitur, ut alias πατήρ.

CAPUT IX.

De Regulis Specialibus.

Quarum ſyllabarum quantitas cognoſcitur regulis ſpecialibus?

Omnium, in quibus eſt aliqua ex vocalibus a pitibus α, ι, υ, & quæ ſub nullam præcedentium gularum cadunt.

Quotuplices igitur ſunt illæ ſpeciales regulæ?

Triplices. Quædam enim antepenultimarum labarum quantitati cognoſcendæ ſerviunt: quæ ad penultimas pertinent: quædam denique ultimar tempora demonſtrant.

Dic regulam primam de antepenultimis Syllabis cum Ancipite α.

A ante vocalem in antepenultimis Syllabis corri tur: ut, ἀάατος, ἀήτης, ἀϊῶ, ἄωτος, σιώπηρος.

Exceptio.

Procedunt verò: ἀέναος, ἄεθλος, ἀΐδιος, ἀϊθελής, ιες, ἀΐσσω, ἀΐκη, ἄϊκες, ἀάατος, ubi α medium oducitur, ἀκράαντος, ἀχαϊκὸς, βοάϊ, βιάζομαι, ἴινος, ἰάομαι, καταΐγδην, λαέρτης, λαοδάμεια. à ὸς composita, λάϊνος, πετράορος, ταΰγετον. Indiffe- ns est, ἀείδω.

Da secundam regulam.

A ante β corripitur: ut, ἄβυδος, ἀλάβαστρον, ἀβρό- ω.

Dic regulam tertiam.

A ante γ corripitur: ut, ἀγαθὸς, λαγωὸς, πάγουρος.

Exceptio.

Producuntur, ἰθαγενὴς, σφραγίζω, κμαγήτης, ναυα- ω, ναυάγιον.

Da quartam.

A ante δ corripitur: ut, ἀδικὸς, γάδειρα, χερμά- ον.

Exceptio.

Producunt ἀδικῶς, ῥάδιος.

Da quintam regulam.

A ante θ corripitur: ut, καθαρὸς, ῥαθάμιγξ.

Exceptio.

Producunt γαθυλὶς, ῥάθυμος.

Quæ est sexta regula?

A ante κ corripitur: ut, ἀκέομαι, ἀκούω.

Exceptio.

Producunt: ἀκέστος, διάκονος, λακέω, μακεδνὸς, συρακόσιος, φαιακία & numeralia finita in ἀκόσιος, ut διακόσιος, τριακόσιος.

Da septimam.

A ante λ corripitur: ut, ἀλήτης, δαιδάλεος, κεφαλῆνες, μαλακὸς, πηδάλιον.

Exceptio.

Producunt φάλαινα, & apud Nicandrum, ἀλοσυ

Da regulam octavam.

A ante μ corripitur: ut, ἄμιλλα, ἀμείβομαι.

Exceptio.

Producunt, Ἀπαμαία, Δαμοίτας, διδάμιπτος, ἄμητος, messis, & ἀμητὸς, æstas. Indifferens est ἀμάω.

Explica regulam nonam.

A ante ν corripitur: ut, ἄνυλος, θάνατος.

Exceptio.

Producunt Δάνουβις fluvius, κρανώνιος, κράνειο κρανίον, μανικὸς, νεανίας, παιανιδὺς. Et ex brevib quædam ratione immutabilis, ἀνεψιὸς.

Quæ est regula decima?

A ante π corripitur: ut, ἀπάτη, δαπανάω.

Exceptio.

Producunt ἀπιδανὸς, ἀπεννίνος, ἄπειρος: pro ἤπειρος, δραπίτης, δραπετίδης, νάπη. Indifferens ἀπόλλω

Dic regulam undecimam.

A ante ρ corripitur: ut, ἄγρος, ἱππάριον, κλάρος, χαράττω.

Exceptio.

Producunt ἀμαρακὸς, ἀράομαι, ἀρήτη, ἄρητος, ἀρητὴρ, ἀρήτειρα, Ἀρλώη, urbs, Καρίων, fluvius, κάρος, μαρύομαι.

Dic duodecimam.

A ante σ corripitur: ut κασίγνητος, ἀσίη.

Exceptio.

Producunt ἄσιος, ἀσιάδης, Ἀσωπὸς, ἐπαράσιμος, ἱερασία, Ἰάσιος, κοράσιον, πασιφαὴ, πασιφαής.

Quæ est regula decima tertia?

A ante τ corripitur: ut, ἀκράτιτον, ἀταρπὸς, κρατέω.

Exceptio.

I. Producunt βατήριον apud Phocylidem: & διδυπάτος apud Orpheum, & θάτερον contractum à τὸ ἕτερον.

II. Itidem producuntur ἄτερος, ab ὁ & ἕτερος, & composita à λᾶς, hoc est, lapis, ut, λατομία, λατύπος.

Quænam est regula decima quarta?

A ante φ corripitur: ut, γλαφυρὸς, σαφυλή.

Exceptio.

Producit ἐπάφυς.

Dic regulam decimam quintam.

A ante χ corripitur: ut Ἀχιλλεὺς, ἀχαιοί.

Exce-

Exceptio.

Producit τράχουρος, piscis.

CAPUT X.

De quantitate ancipitis α, in penultimis syllabis.

Dic primam regulam de quantitate ancipitis α, in penultimis syllabis?

A ante vocalem in penultimis corripitur: ut ἀγλα-άεὶ, κεραὸς, ναυσικάα, ἐλάω, ἱμάω.

Exceptiones.

I. Producunt autem ἀθεραῖς, ἀμφιάραος, ἀχρα-άων, δαὴρ, ἐάων, id est, bonorum, Ἐλαῖς, λαῖς, τ-λεμαῖς, θαῖς, ἰάων, κεράας, λάας, λάϊγξ, ναῖς, πα-φαὴς, apud Orpheum, πρᾶος, πραῢς, ῥάων, χά-χάων.

II. Item, λυκάων, ἑλικάων, ἱκετάων, ποσειδάων, μ-χάων, ὀρτάων, ἀλκμάων, ὀπάων, συνοπάων, πάων, -φάων, διδυμάων, ἀμυθάων, & similia in αων, mutan-ω in ο in obliquis, ut οἱ χάονες, λυκάονες.

III. Præterea Nomina substantiva ὀξύτονα, finita-αὸς: ut λαὸς, ναὸς, παὸς.

IV. Item composita ab ἄω, spiro: ut, ζαὴς, ἀλια-δύσαὴς, & ab ἀΐσσω, ut πολυάιξ.

V. Item verba finita in αω præcedente vocali aut-ut ἐάω, περάω: exceptis, ἐφιάω, ἀμφιάω. Quum v-rò præcedit consonans, corripi tradunt: πεινάω tam

P

oducto α reperitur, & κάω, κλάω. Indifferens est
ϱ, ἄοϱ.

Quæ est secunda regula?

A ante β corripitur in penultimis: ut, ἑκάβη.

Da regulam tertiam.

A ante γ corripitur in penultimis: ut, ἄγω, τϱά-
·.

Exceptio.

Producunt ἀαγὴς, ἄγις, δαγὺς, πϱᾶγμα, σφϱα-
ς, ταγὸς.

Da quartam.

A ante δ corripitur in penultimis: ut, βϱαδὸς,
.άδος.

Exceptio.

Producunt ἄδος, λάδαι, λάδων, ὀϊλάδης, ὀπαδὸς,
ϱάδιξ.

Da quintam regulam.

A ante θ corripitur in penultimis: ut, βαθὺς,
άθος.

Exceptio.

Producunt, κϱᾶθις, & ἆθλον, ex ἄεθλον, per con-
tractionem.

Quæ est regula sexta?

A ante κ in penultimis corripitur: ut, κακὸς, πολ-
.άκις.

Exceptio.

Producunt, ὤκις, fluvius, ἄκων invitus, quia coa-
lescit ex ἀέκων, δᾶκος: ῥάκη verò ι habet subscriptum.

Quæ-

Quænam est septima regula?

A ante λ corripitur in penultimis: ut, μάλα, ἁπ λός.

Exceptiones.

I. Producunt, ἀμαλὴς & ἄλες contractum ex ἀ λεες, δαλὸς, σαρδανάπαλος, σύμφαλος.

II. Item: ὀμφάλη & τελκέφαλος, repugnantib ipsorum Primitivis.

Dic octavam regulam.

A ante μ corripitur in penultimis: ut, θάλαμος πλοκαμίς.

Exceptiones.

I. Producunt ἁμὸς noster, pro ἡμέτερος, δάμ δάμων, Φρασίδαμος.

II. Et nomina Neutra verbalia finita in αμα: u νᾶμα, θυμίαμα.

Da regulam nonam.

A ante ν in penultimis corripitur: ut, ἀνδάνω, κ νὼν, ὀρανός.

Exceptiones.

I. Producunt ἀγάναξ, ἀγαθάνωρ, βιάνωρ, ἔρανος ἶᾶνος, ἱκάνω, κιχάνω, νεάνις, νικάνωρ, Φθάνω.

II. Et Nomina dissyllaba oxytona in ανος: ut, δ νὸς, τρανὸς: & Gentilia in ανος: ut, Βρεττανὸς, Καρμ νὸς, Γερμανὸς: & in ανις: ut βρεττανὶς, καρμανίς.

III. Item finita in ανος supra tres syllabas: ut, ἡρ διανὸς, Ἰταλιανὸς: excepto ὠκεανός.

IV. Indifferentia ἱανὸς, & ἄνω, verbum, pro ἀν expedio.

Q

Quæ est decima regula?

A ante π corripitur in penultimis: ut, ἀπολοδάπὸς, ...κς, πάπης.

Exceptio.

Producunt, ἄπις, Ἄναπος, fluvius, ἰάπυξ, νᾶπυ, ...απος, σώραπις.

Dic regulam undecimam.

A ante ρ in penultimis corripitur: ut, καθαρὸς, σί...ρος, χάρις, κλάρος, urbs.

Exceptiones.

I. Producunt ἆρα, nunquid, βᾶρις, αἴσαρος, flu...s, δίμάραι, θυμαρὶς, καρὶς, piſcis, κατάρα, νά..., fluvius, πάραρος, φαρὶς, κάρα.

II. Et Nomina diſſyllaba Maſculina in αρος: ut, ὁ ...ὸς, λαρὸς.

III. Item Polyſyllaba ὀξύτονα in αρος, habentia ...epenultima longam: ut, μισαρὸς.

IV. Indifferentia ſunt, ἄρης, ἀρὴ, φάρος, pro veſte.

Da duodecimam regulam.

A ante σ corripitur in penultimis: ut, δασὺς, θάσος.

Exceptio.

Producunt, ἀσὶς, ἆσον, θᾶσον, ἴασος, ἰάσων, ...ᾶσις, μάσις, urbs, πράσω, φάσις.

Profer decimam tertiam.

A ante τ corripitur in penultimis: ut, θάνατος, δέ...πος.

Exce-

Exceptiones.

I. Producuntur nomina lapidum & gentilia in ἀτ
ut, ἀχάτης, γαγάτης, νιφάτης, σπαρτιάτης, & in
fœm. gentilia: ut, σπαρτιάτις, μελάτις, πιτιάτις.

II. Item: ἄτος, ἄτη, contracta ex ἀάτος, ἀά
ἀθέατος, ἄερτος, ἀπροσπέρατος, ἀόρατος, κρατ
φράτωρ, δημάτωρ, apud Orpheum, εὐφράτης,
vius, θᾶτλον, θέατρον, θεατὸς, ἰατρὸς, κέρατος,
vius, ὁρατὸς, πράτλω, φράτηρ.

Quæ est regula decima quarta?

A ante φ corripitur in penultimis: ut, γράφω, σκ

Dic regulam decimam quintam.

A ante χ corripitur in penultimis: ut, τάχα, ῥ

Exceptio.

Producunt τραχὺς cum compositis. Indifferens

CAPUT XI.

De α ancipitis quantitate, in ultimis syllabis.

Quot traduntur regulæ de ancipite α, in ultimis syllabis?

Quatuor.

Da primam.

A terminale corripitur: ut, ἡ τράπεζα, μαῖα,
ρα, βαρεῖα, ἱππότα, ξύλα, σῶμα, ἵνα, αἶψα, ic
tacite, Adverbium.

1

Exceptiones.

I. In Nominibus oxytonis & circumflexis, α finale oducitur: ut, χαρὰ, πτηνρὰ, ἀθλῶα.

II. Producitur etiam in paroxytonis in ία & in ι, deductis à verbis in ίω: ut, φιλία, βασιλεία, εσβεία.

III. A finale quoque producitur in Fœmininis Adctivorum, quorum ultima Genitivi Masculinæ terinationis longa est: ut, ὁ δίκαιος, τοῦ δικαίου, ἡ δικαία. xceptis duobus brevibus à δῖος, τοῦ δίου, ἡ δῖα: & à πειρος, πεπείρου, ἡ πέπειρα.

IV. Producitur item finale α, in substantivis fini; in δα, θα: ut, λήδα, σιμαίθα. Item in ρα, non æcedente diphthongo, ut πήρα, quorum quantitem sequuntur φαίδρα, λαύρα, σαύρα, αὔρα & κάρα, œmininum sive Neutrum. Item quæ alteram habent nsonantem cum ρ, ut ἄγρα, πέτρα: præter τάναγρα; σκολόπενδρα.

V. Producunt etiam α finale, quæ habent diphongum in polysyllabis finitis in αια, ut σπλωαία.

VI. Præterea in Articulis fœmininis, dualis nueri, α in fine producitur, ut τὰ μούσα, τὰ ἀκμά. Nam neutris pluralibus corripitur, ut τὰ ξύλα, secundùm nalogiam nominum parium, genere & terminatione lis similium.

VII. Producitur etiam α finale in Vocativis nomium in ας primæ Declinationis, & Dualibus primæ secundæ: ut, ὦ αἰνεία, τὼ ὦ αἰνεία, τὰ ὦ μούσα. Quibus similes sunt Vocativi illi Poëtici, ὦ λαοδάμα, πλυδάμα, & si qui sunt ejusmodi.

VIII. Genitivi singulares Dorici primæ Declin: tionis, producunt α terminale: ut, ἒ αἰνείᾱ.

IX. Accusativi Attici à Nominibus in εὺς produ cunt α finale: ut, ἀτρέα, πηλέα. Quod tamen Ionic in iisdem Accusativis corripitur.

X. Producitur etiam ᾶ, percussionis Adverbium.

Dic regulam secundam.

Αν finita corripiuntur: ut, τὴν τράπεζαν, ὦ αἶα ἔτυψαν, τὸ τύψαν.

Exceptiones.

I. Producuntur Nominativi & Vocativi nominu Masculinorum finitorum in αν: ut, ὁ καὶ ὦ ἀλκμο πᾶν. Sic ὦ πὰν.

II. Producuntur etiam Accusativi singula Nominum parium, primæ Declinationis: ut, αἰνείαν.

III. Item: λίαν, & τὸ πᾶν, omne, cum compo tis producuntur.

Da regulam tertiam.

Αρ finita producuntur: ut, ὁ κάρ, ψάρ.

Exceptiones.

I. Corripiuntur, ὁ μάκαρ, ἡ ὄαρ, δάμαρ.

II. Corripiuntur etiam Conjunctiones hæ duæ & αὐτὰρ.

III. Correpta quoque leguntur Nomina in αρ Ne tra: ut, τὸ νέκταρ, ἄλκαρ, ἦμαρ.

Recita quartam.

Ας finita corripiuntur: ut, κέρας, κρέας, ἀρκὰς, ωτας, τύπ7οντας, ὑμέας, ἀγκὰς.

Exceptiones.

I. Recti singulares Masculini nominum circumxorum & Barytonorum producuntur: ut, θῶμας, ας, αἰνείας, præter μέγας, & λάας.

II. Producuntur etiam nomina in ας derivata à verκεραννύω: ut, κρὰς, μελικρὰς. Cujusmodi sunt etiam ιὰς, ἀνδριὰς.

III. Item omnis Genitivus & Accusativus parisylicus productus legitur: ut, τῆς περιφερείας, τὰς περιιείας, τὰς τραπέζας, τοῦ αἰνείας, quibus adde Accuivum Articuli τὰς.

IV. Producuntur etiam recti Masculini activi rticipiorum: ut, τύψας, ποιήσας, ἵσας.

V. Producta quoque sunt ἡμᾶς, ὑμᾶς, σφᾶς, quia it ex contractione: sicuti κρὰς, ἀπὸ τοῦ κραὰς.

CAPUT XII.

e quantitate ancipitis ι, in antepenultimis syllabis.

Quot dantur regulæ de ancipite ι, in antepenultimis syllabis?

Quindecim.

Da primam.

ι ante vocalem in antepenultimis corripitur: ut, αἰκλὸς, διερὸς, ἰότης, ἐλπιδίω.

Exceptiones.

I. Producitur ι in his, ἰάομαι, ἰατρὸς, ἰάσιμος, ἰη-
τὴρ, ἰαπετὸς, ἴασος, ἰάσιος, ἰαμβὸς, ἰονὴ, ἰύζω, ἰυγὴ,
ἰυγμὸς, ἰωχμὸς.

II. Producuntur etiam composita ab ἰὸς, id est venenum: ut, ἰοβόλος, ἰοχέαιρα.

III. Producunt quoque ι ante vocalem, κιάθαμνιώδην, οἴομαι, ὀφιονίδης, πανδιονίδης, παλίωξις, προΐωξις, πιαίνω, πίειρος, πίειρος, φθιώτης, χιονόεις.

IV. Indifferentia sunt, ἀνιάζω, ἀνιάω, ἀνιαρὸς, ἰαίνω, ἱερὸς, ἴημι, ἴεμαι, eo, ἴημι, mitto, ἴεμαι, cupio.

Da secundam regulam.

I ante β corripitur: ut, λιβύη, σιβαρὸς, ἴβυκος.

Exceptio.

Producunt in ἀλίβαντον apud Nicandrum, & τίβερις, aliàs τίβυρ, urbs Italiæ. In vulgatis enim codibus Stephani sic quoque legitur Τίβυρ, dissyllabè per ι.

Quæ est tertia regula?

I ante γ corripitur: ut, ῥίγιον, ῥιγέω, timeo, ῥιγῶ, algeo, σιγάω, ὀρίγανον.

Da quartam.

I ante δ corripitur: ut, γνωμίδιον, ἑρδαίων, κυδιος, σίδηρον.

Exceptio.

Producunt verò ι sequentia: ἀκιδάλιος, ἰδαῖος, ἰδάλιον, ἰδομενεὺς, πιδύω, πιδύεις, σιδόνιος, χελιδόνιον.

Q

Quæ est quinta regula?

I ante ϑ corripitur: ut, κίϑαρις, ψιϑυρίζω, κιϑυνός.

Exceptio.

Producuntur βιϑυνία, ἰϑυύω, ἰϑυύτωρ, σιτωνία, ...τωνός.

Quæ est regula sexta?

I ante κ corripitur: ut, ἱκέτης, σικελός.

Exceptio.

Producitur autem ι in sequentibus: ἀρικίνη, ἱκεσίη, ...π@, ἴκαρ@, ἰκάρι@, κίκαμα, νικάω, νικίας, νίκαν-@, σικανίη, σικιλίη, φοινίκε@, φρικάλε@, φρικώ-... Indifferens est, ἴκελ@.

Dic regulam septimam.

I ante λ corripitur: ut, λιλύβη, φιλέω.

Exceptio.

Producuntur: ἱλεὸς, ἱλόεις, ἱλιασὸς, ἱλαδὸν, ἴλι@, ...ισμὸς, μίλητ@, μελίλωτον, ὁμιλαδὸν, ὁμιλέω, πι-...ω, σιλίωος, πολιτεύω. Indifferens est, ἴλα@, & ἴλα-...η.

Da regulam octavam.

I ante μ in antepenultimis corripiuntur: ut, χίμαρος, ...άϑλη, σιμόεις.

Exceptiones.

I. Producitur verò in βριμάω, βριμιδὸν, δριμύλ@, ...έρα, urbs fluvius, ἵμερ@, ἱμερόεις, ἱμείρω, μιμνῆμαι, ...ίμημα, μιμηλὸς, σιμαίϑα.

 II. Idem

II. Idem etiam ι producunt composita ac derivat à τιμὴ: ut, τίμι@, τίμαι@, τιμαγέτης, φιμώδης.

Quæ est nona regula?

I ante ν corripitur in penultimis: ut, κοτίνεσι, ι νύρομαι, μινύρομαι.

Exceptio.

Producunt γίνομαι, γινώσκω, δίνησις, δινείης, ἐρ νεὸς, θρινακίνη, ἰναχὸς, ἰνωπὸς, ἰνίον, κινέω, κίνυμι, ι νύφι@, fluvius, ἀκροθίνια, τρινακρία, λακίνι@, λ κινιὰς, μινώϊ@, πινύσκω, πίνομαι, δελφῖν@. Indifi rens verò est in ἀγινέω, δινέω.

Quæ est decima regula?

I ante π corripitur in antepenultimis: ut, λιπαρ pinguis.

Exceptio.

Producunt, ἠνίπαπε, λιπαρῶ, supplico, διϊπετ εὐριπίδης & πυριπόλ@, apud Orpheum, ῥιπίζω, παιον, mons.

Dic regulam undecimam.

I ante ν in antepenultimis producitur: ut, σεμίραμ, τιριώθιος.

Dic duodecimam.

